

ga ille ipse dux, vel rex Saul, qui hanc vindictam...

DELEBO ENIM MEMORIAM AMALEC SUB COELO. — Hebraice est, delendo delebo, id est, funditus et omnino delebo...

Commentum Judaeorum de zachar et zecher.

Quam grave sit Novitas et libere avertere.

Vers. 15.

Altaria Mosaicum tripliciter.

Porro tulit Deus in Amalec tam severam sententiam, eo quod Amalecites tam immani bello appetissent innoxios vacillantesque Hebraeos...

15. EDIFICAVITQUE MOYSES ALTARE, ET VOCAVIT NOMEN EJUS, DOMINUS EXALTATIO MEA. — Hebr. est, בןי אדוני נסי, quod primo, Noster vertit Dominus (est) exaltatio mea. Secundo, verti potest, Dominus est vexillum meum...

Hoc trophaeum omnem victoriae laudem Deo assignavit Moses; neque enim altare duntaxat sacrificii causa crexit, sed et trophaei, idque nomenclatura haec convincit. Calvinus omne imaginum et statuarum nomen, quasi mortis umbras et larvas perhorrescens...

quod Deus sit exaltatio mea, qui me hostibus Amalecitis superiorem fecit, ideoque illi, ut signo, rei signata do nomen, illudque voco: « Dominus exaltatio mea; » uti solemus de effigie Caesaris aut Regis dicere: Iste est Caesar, hic est Rex, quia ista imago est Caesaris, haec Regis. Similes nuncupationes in Scriptura passim sunt obviae. Sic enim Isaac, Genes. cap. xxvi, vers. 20, puteum ab eventu vocavit Calumniam, et alium vers. 21, vocavit Lafitudinem. Sic Gedeon, Judicum cap. vi, vers. 24, suum altare vocat « Domini pax. » Similia sunt I Regum cap. vii, vers. 12, II Regum cap. xviii, vers. 48.

Nota hic victoriam in bellis a Deo pendere, esseque singulare donum Dei. Ita Judith conopaeum Holophernis, quasi anathema, Deo victoriae auctori consecravit, Judith cap. xvi, vers. 23. Jaziazel propheta, cum insignem victoriam Josaphat regi contra Moabitas esset pollicitus, subjecit: « Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, et videbitis auxilium Domini super vos; nolite timere. Cras egrediemini contra eos, et Dominus erit vobiscum, II Paralip. cap. xx, vers. 17.

Ita Judas Machabaeus, cum sui timerent, utpote pauci, animans eos ait: « Facile est concludi multos in manu paucorum; et non est differentia in conspectu Dei caeli, liberare in multis, et in paucis; quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est, » etc. I Machab. cap. iii, vers. 17.

Ita Trajanus dux belli missus a Valente Imperatore contra Barbaros, cum succubisset, ideoque a Valente ignaviae argueretur, generoso respondit: « Non ego, o Imperator, victus sum, sed tu ipse perdidisti victoriam, qui contra Deum aciem instruere non desinis, et ita ejus auxilium Barbaris concillas. Nam abs te oppugnatus, se illis adjungit. Atqui Deum sequitur victoria, et ad eos accedit quibus Deus se ducem praebet. Non nosti quos viros Ecclesiae expuleris, et quibus eas tradideris? » Ita Theodoretus, lib. IV Histor. cap. xxix.

Ita Theodosius Imperator cum ei victoria de Joanne tyranno in ludis Circensibus renuntiaretur, ad populum vociferans: « Agite, inquit, ludicro hoc omissio in adem hanc precatoriam eamus, et carmina gratiarum auctori victoriae Deo concinamus. » Dixit et fecit. Ita Nicephorus, lib. XIV, cap. vii.

Ita Clotharius, rex Francorum, cum Chramno filio rebelli dimicaturus: « Respice, inquit, Domine, de caelo, et judica causam meam. Quia a filio injuste injurias patior. Respice, et judica juste, illudque impone judicium quod quondam inter Absalonem et patrem ejus Davidem posuisti. » Ergo praello inito Chramnus a Clothario captus et occisus est. Ita Gregorius Turonensis, lib. IV, cap. xvi et xvii.

Alfonsus, Aragonum rex, ad filium Ferdinan-

Victoriae de Amalec.

dum contra Florentinos in bellum euntem: « Noli, ait, o fili, tantum luce, aut commilitonum audaciae tribuere, ut putes absque Dei auxilio victoriam ullam haberi posse. Victoria enim non hominum disciplina aut industria paratur, sed Dei optimi maximi benignitate et arbitrio: Deum igitur cole, et tibi concilia: quod si quando eum tibi iratum suspicaberis, cave contentas; et quiddam ab eo tibi accidisse videbitur, boni consule, et patientia ac poenitentia eum placet. » Ita Panormitanus in ejus Vita.

16. DICENS: QUIA MANUS SOLII DOMINI, ET BELLUM DOMINI ERIT CONTRA AMALEC A GENERATIONE IN GENERATIONEM. — Hebr. est, quia manus super solium Domini est, id est, quia extendit Deus manum super solium suum, hoc est, extensione manus super solium suum juravit, et, id est quod, bellum ipsi et Hebraeis contra Amalec erit aeternum, hoc est, quamdiu Amalec superstes erit, q. d. Erit Hebrais cum Amalec ἀσπυδοῦ; πύλωνος, id est, bellum irreconcilabile et interneccinum.

Nota primo, quia non est causale, sed encliticum; respondet enim Hebraeo כי כי, quod saepe redundat. Unde Vatablus vertit, et dixit: Sublata manu per solium Dei juro. Moses enim hic altari nomen indidit simulque juravit bellum aeternum cum Amalec: sunt enim haec disparata, nec unum est causa alterius. Secundo, manus haec jurantis est vel Mosis, ut vult Vatablus, vel potius Dei: Noster enim vertit, « manus solii Domini; » idem clarius habet Chaldaeus et Septuaginta. Tertio, et vocula est non copulantis, sed confirmantis, et materiam juramenti designantis, significans, quod, quia. Hinc pulchre Chaldaeus vertit: Cum juramento dictum est hoc a facie terribili, cujus majestas est super solium gloriae, ut committatur praetium a facie Domini contra viros domus Amalec, ut consumat eos a generationibus saeculi.

Septuaginta manum super solium interpretantur manum occultam, vel potius, ut alii legunt, excelsam: sic enim habent, ἐν τῷ ὑψηλῷ κρηναίῳ (Eugubinus legit κρηναίῳ, id est excelsa, et hoc magis respondet Hebraeo) πύλωνος κρηναίῳ, id est, quia in manu occulta et excelsa praelatur Dominus,

quasi manus Dei in solio ejus licet abscondita, excelsa tamen operetur (1).

Queres, cur olim et etiamnum juretur manu sublata in celum? Respondeo: Quia hoc ritu testatur Deum in caelis, quasi in solio suo residentem. Secundo, quia hoc ritu significamus quod sicut stant et perdurant caeli, sic firma erit res quam juramento promittimus. Sic ergo jurat hic Deus per thronum suum, quasi per rem sempiternam et immutabilem. Ita docent Hebraei.

Hinc S. Augustinus, lib. XXII Contra Faustum, cap. lxxiv, Mosen contra Fausti calumnias defendit, convictique contra eum (et contra nostros Anabaptistas et enthusiastas), fidelibus bellum esse licitum, eo quod illud Domini voluntate Moses susceperit, diciturque hic bellum Domini fore contra Amalec in aeternum.

Tropologicè, dicamus et nos tanquam resoluti milites Christi: Bellum Domini mihi erit, zeli ἀσπυδοῦ; πύλωνος, contra Amalec, id est, contra carnem et mundum in aeternum: hoc enim est bellum Domini, quod scilicet Dominus nobis imperat, quodque ipse per nos gerit. Cogita illud S. Francisci:

Modica hic voluptas: sed postea poena immensa.

Modicus hic labor: sed postea gloria aeterna. Elige.

Multorum vocatio, paucorum electio, omnium retributio.

Aeternitatem cogita.

(1) Prior hujus vers. pars non satis est clara. Hebraeus vulgo vertunt, manus Amalecitarum fuit contra thronum Dei: ideo bellum Dei contra Amalecitas, etc. Sedes autem Dei inter Israelitas esse conebatur. Quae interpretatio quam sit dura per se, et a superiore versa aliena, ultro apparet. Maurer: « Quum haec verba causam afferant, cur Moses vers. 13 altari nomen Jova vexillum meum imposuerit, dubitari vix potest, pro כי כי legendum esse כי כי (quod in uno cod. exstat), ut sensus sit: Manus quippe mea vexillo Jovae admota est, manu mea tenes vexillum Jovae. » Interpres Graecus anonymus, ejus versionem et eod. Veneto edidit Ammon, legit κρηναίῳ, vel κρηναίῳ, ἐπ' ὕψους, super nos, inleque hic sensus subnascereur facillimus: Prope altare nunc a vobis exstructum manum suam super vos provendit Jethoa, jurans, se bellum interneccinum illaturum esse populo Amalec.

Bellum Christianum contra Amalec, id est, carnem et mundum, est aeternum.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Jethro socer Moysi uxorem Saphoram cum filiis ad eum reducit; ejusque monitu, vers. 13, Moses cum altis partitur regimen populi, creatque magistratus, et judices, qui minoria diripiunt.

1. Cumque audisset Jethro, sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quae fecerat Deus Moysi, et Israeli populo suo, et quod eduxisset Dominus Israel de Aegypto: 2. tulit Saphoram uxorem Moysi quam remiserat, 3. et duos filios ejus, quorum unus vocabatur Ger-



sam, dicente patre : Advena fui in terra aliena. 4. Alter vero Eliezer : Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, et erit me de gladio Pharaonis. 5. Venit ergo Jethro cognatus Moysi, et filii ejus, et uxor ejus, ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus juxta montem Dei. 6. Et mandavit Moysi, dicens : Ego Jethro cognatus tuus venio ad te; et uxor tua, et duo filii tui cum ea. 7. Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit et osculatus est eum : salutaveruntque se mutuo verbis pacificis. Cumque intrasset tabernaculum, 8. narravit Moyses cognato suo cuncta quae fecerat Dominus Pharaoni, et Aegyptiis propter Israel, universumque laborem, qui accidisset eis in itinere, et quod liberaverat eos Dominus. 9. Latatusque est Jethro super omnibus bonis, quae fecerat Dominus Israeli, eo quod eruisset eum de manu Aegyptiorum, 10. et ait : Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Aegyptiorum et de manu Pharaonis : qui eruit populum suum de manu Aegypti. 11. Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes deos : eo quod superbe egerint contra illos. 12. Obtulit ergo Jethro cognatus Moysi holocausta et hostias Deo; veneruntque Aaron et omnes seniores Israel, ut comederent panem cum eo coram Deo. 13. Altera autem die sedit Moyses ut judicaret populum, qui assistebat Moysi a mane usque ad vesperam. 14. Quod cum vidisset cognatus ejus, omnia scilicet quae agebat in populo, ait : Quid est hoc quod facis in plebe? Cur solus sedes, et omnis populus praestolatur de mane usque ad vesperam? 15. Cui respondit Moyses : Venit ad me populus quaerens sententiam Dei. 16. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me ut judicem inter eos, et ostendam praecepta Dei et leges ejus. 17. At ille : Non bonam, inquit, rem facis. 18. stulto labore consumeris et tu, et populus iste qui tecum est : ultra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. 19. Sed audi verba mea atque consilia, et erit Deus tecum. Esto tu populo in his quae ad Deum pertinent, ut referas quae dicuntur ad eum : 20. ostendasque populo caeremonias et ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, et opus quod facere debeant. 21. Provide autem de omni plebe viros potentes, et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint avaritiam, et constitute ex eis tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos, 22. qui judicent populum omni tempore : quidquid autem majus fuerit, referant ad te, et ipsi minora tantummodo judicent; leviusque sit tibi, partito in alios onere. 23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, et praecepta ejus poteris sustentare, et omnis hic populus revertetur ad loca sua cum pace. 24. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quae ille suggererat. 25. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos. 26. Qui judicabant plebem omni tempore; quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes. 27. Dimisitque cognatum suum : qui reversus abiit in terram suam.

1. CUMQUE AUDISSET JETHRO, SACERDOS MADIAN. — Chaldaeus vertit, *princeps Madian*. Hebraeum enim *כוהן* *cohen* et sacerdotem et principem significat, quia olim qui princeps erat, erat et sacerdos.

COGNATUS MOYSI, — socer Moysi : ejus enim filiam Saphoram duxerat Moyses, cap. II, vers. 1. Hebraeum *חותן* *choten* cognatum, sive affinem in genere (qualis est socer), significat. Unde a *choten* fit *חיתותן* *hitchaten*, id est, affinitate per matrimonium jungi.

2. TULIT SAPHORAM UXOREM MOYSI QUAM REMISERAT, — cum scilicet Moyses ex Madian in Aegyptum rediens, cum Pharaone decertaturus, tantam tanquam periculosam negotiorum molem suscepit, ut uxori et liberis vacare non posset; unde

eam sibi a Pharaone timentem, libentem et volentem cum filiis remisit in Madian, ut dixi cap. IV, vers. 27.

Epiphanius, *haeresi* 78, tradit Moysen, ex quo prophetare cepit, uxorem non cognovisse : neque enim aliter, inquit, potuisset Deo tam esse familiaris et conjunctus.

3. JUXTA MONTEM DEI, — puta Horeb, sive Sinai, ut patet cap. III, 1. Hinc patet non in Haphidim, sed in Sinai, de quo cap. seq., venisse Jethro, ac proinde haec per prolepsin inserri forte quia Jethro exiit vel maxime vicina victoria Hebraeorum contra Amalec, de qua cap. praeced., veniebat ad Moysen.

Unde probabiliter contra Lyranum docet et con-

set Abulensis, Jethro post legem datam in Sinai, sub finem primi anni exitus ex Aegypto, venisse ad Moysen : illudque colligit ex *Deut.* I, vers. 6, 7, 9, 15, ubi dicitur Moyses creasse magistratus paulo antequam movenda essent castra ex Sinai : mota sunt autem castra ex Sinai anno secundo, mense secundo, ut patet *Num.* X, 11. Atqui hi magistratus hoc cap. XVIII dicuntur creati, cum Jethro venit ad Moysen. Mosique suggestit et persuasit eorum creationem; ergo ipse venit ad Moysen sub finem anni primi, paulo antequam castra movenda essent ex Sinai. Unde idem Abulensis censet hoc caput referri et inseri debere ante *Num.* cap. X, vers. 11. Ibidem enim, vers. 29, Hobab (qui secundum Abulensem et alios est Jethro) rogatur a Mose, ut velit esse dux viae Hebraeorum per desertum : unde et mox *Num.* XXXII, ortum est jurgium et murmur Aaronis et Mariae, cum viderent uxorem Moysi Aethiopiassam, puta Saphoram Madiantidem, quae simul cum patre suo Jethro ad Moysen maritum suum venerat.

7. QUI EGRESSUS IN OCCURSUM COGNATI (SOCERI) SUI, ADORAVIT, — scilicet incurvando se; hoc enim significat Hebraea radix *שָׁחָה* *schacha*. Moses socero suo Jethro reverentiam more gentis exhibuit, quae reverentia et adoratio est participatio quadam reverentiae et adorationis Deo debita : parentes enim, principes et viri eminentes aliquid de potestate Dei et honore participant. Simili modo Abraham adoravit filios Helii, *Gen.* XXIII, 12; Jacob adoravit Esau, *Genes.* XXXIII, 3; fratres adoraverunt Joseph, cap. XLIII, 26.

SALUTARUNT SE VERBIS PACIFICIS. — Hebraice, *rogarunt de pace*, vel *an pax*, id est, an salva et prospera sunt omnia; hoc enim significat Hebraea salutatio, *pax tecum*.

8. LABOREM, — difficultatem et molestiam. Nota hic qualia et quam pia sint Sanctorum colloquia. Talia fuerunt inter S. Antonium et S. Paulum primum eremitam, inter S. Benedictum et Scholasticum sororem, inter Essenos, aliosque veteres eremitas et cenobitas.

9. LATATUS EST. — Septuaginta *ἔστη*, obstupuit, in exstasi quasi raptus est.

11. NUNC COGNOVI QUIA MAGNUS DOMINUS SUPER OMNES DEOS, — *g. d.* Ego Jethro habui olim aliquam notitiam Dei vestri et veri, aequae omnino fidem Abraham proavi mei abjeci, quam Madian Abraham filius, noster vero avus, ab eo hausit, et nobis tradidit; fuit tamen haecenus ea infirma, et simulacrorum mixtione et cultu polluta : nunc vero audiens ejus prodigia, quae fecit pro vobis in Aegypto et in mari Rubro, agnosco credoque firmiter hunc solum, qui vobis adfuit, esse verum Deum, optimum, iustissimum et potentissimum, utpote qui tam potentem justamque vindictam in impios et tyrannos Aegyptios exercuit. Hanc fidem et pietatem Jethro in posteris propagavit. Ab eo enim orti sunt Rechabite, ut patet I *Paral.* II, 35, quos ab abstinentia et obedientia

ita laudat Jeremias, cap. XXXV, de quibus supra ibid.

Vide hic quid faciat unius patris et principis pietas. Ita Constantinus hoc nomine magnus fuit, quod magni animi et pietatis eximie fuerit; atque inter omnes Imperatores primus, non solum Christi fidem amplexus sit, sed Christianos etiam Imperatores reliquerit.

Theodosius junior, avi sui nomen et pietatem referens, instituit aulam suam velut scholam, in qua ad pietatem se typosque exercebat, habens ordine distributa scripturae lectionum, psalmodiarum, juniorum et vigiliarum, ait Socrates, lib. VII, cap. XXII, et Theodoretus, lib. V, cap. XXXVI; qua in re comes, imo dux et incentrix ei fuit soror Pulcheria, et Eudoxia uxor. Vide Aulam eorum sanctam, quam edidit noster Raderus.

Tiberius excubitorum comes sub Justino II, ob pietatem erga Deum, et liberalitatem erga pauperes, in tanta fuit gratia, ut a Justino Imperatore successor declararetur.

Honorius Imperator vero religionis perstudiosus fuit : unde Deus enim a multis undique insurgentibus tyrannis liberavit, uti ex Socrate, Sozomene et aliis docet Baronius.

EO QUOD SUPERBE EGERINT CONTRA ILLOS. — Est ellipsis, sed plenior et perfectior sensus, quam sit in Hebraeo; sic enim est hebraice, *quia in quo superberunt contra eos* (Hebraeos), subaudi, in eodem punivit eos Deus, puta, in aquis et mari; nam sicut iis merserant infantes Hebraeorum, ita iisdem ipsis a Deo remensum est, ut aquis mergerentur et ipsi. Unde Chaldaeus ellipsin supplet : *verit enim, quia eadem re, qua cogitavit Aegyptii judicare* (punire et affligere) *Israel, judicati sunt* (puniti sunt).

12. OBTULIT. — Hebraice est *acceptit*, scilicet a *Veris. 12.* Mose et Hebraeis hostias, quas non idolis, ut olim, sed vero Hebraeorum Deo offerret.

UT COMEDERENT PANEM CUM EO CORAM DEO. — Nota hic : Hostiae Deo dicatae, et in gratiarum actionem oblate (quales hic obtulit Jethro), magna parte in solemne epulum cedebant, quod proinde coram Domino fieri dicebatur, quasi ille hostiis sibi oblatis, illarumque epulo praesens adesset, maxime si epulum fieret juxta altare, in quo immolate erant hostiae Deo. Si tabernaculo jam facto et erecto in fine anni, venit Jethro ad Moysen, uti vult Abulensis, tunc *coram Deo*, id est coram tabernaculo, quod erat quae domus Dei, factum est hoc epulum.

Secundo, nonnulli Hebraei « coram Deo » dici sentiunt, propter sanctos, pios et divinos homines, qui in isto convivio praesentes fuerunt, juxta illam veterum sapientum sententiam : « Qui fruatur convivio, in quo sapientes accumbunt, perinde est ac si fruatur gloria divinae majestatis. »

Tertio, S. Augustinus, *Quest.* LXVI, « coram Deo, » inquit, id est, in honorem Dei; sed uterque hic sensus paulo remotior est. Hinc patet



hoc Jethro sacrificium fuisse purum veroque Deo oblatum: alias enim Moses, ceterique seniores ex eo non comedissent, ne idolothytis polluerentur.

Tropologie: Sancti, inquit Origenes, omnia sua opera faciunt coram Deo, tanquam qui Deum pressentem spectent, et ab eo spectentur: Jugiter enim in conspectu Dei versantur, operantur et ambulant.

Vers. 13. 43. Ut JUDICARET, — ut jus diceret.

Vers. 15. 45. VENIT AD ME POPULUS QUERENS SENTENTIAM DEI. — Hebraeus, *quærens Deum*; Chaldeus, *quærens doctrinam a Deo*; Septuaginta, *quærens judicium a Deo*, hoc est, a lege Dei eterna (inquit S. Augustinus, *Quæst. LXVII*), que fuit ante omnem legem scriptam, quam Moses Spiritu Sancto plenus clarus quam ceteri omnes Hebræi intuebatur, et in omnibus consulebat tum cogitando et meditando, tum orando (1).

Vers. 17. 47. NON DONAM, INQUIT, REN FACIS. — Facis quod minus est aptum minusque conveniens: quia quod facis, ut singula solus velis facere, tibi nimis molestum est, et populo minus utile.

Vers. 18. 48. STULTO LABORE CONSUMERIS. — Hebræum *חכמה* significat stultum esse, item desuere, decidere, consumi: utrumque significatum hic reddidit Interpres.

Voluit Deus Mosen, virum alloqui sapientissimum, ab alienigena et Gentili, puta a Jethro, instrui, ut ostenderet nemini datum esse, ut in omnibus semper eque sapit, ac proinde humiliter audiendus quoque esse inferiores, qui saniora consilia suggerunt.

Sæpe etenim est elitor verba opportuna locutus:

Doctor nemo enim « est bonus doctor, qui non est docilis: quia et ille melius docet, qui quotidie crescit et proficit discendo meliora, » inquit S. Cyprianus ad Pompeium, in fine. Ita et S. Augustinus, *Quæst. LXVIII*. Quin et Plato objicienti sibi cuidam: « Tunc qui doctor es, simul es discipulus? et quamdiu discas? » respondit: « Tamdiu, donec me sapientiosem fieri non penitebit, » testis est Plutarchus in *Platone*.

Allegorice significabatur quod Jethro Mose, id est populo Gentilis Judaico, foret sapientior, inquit Cyrillus in *Collectan. in Num. cap. 12*.

Vers. 19. 49. ET ERAT DEUS TECTUM, — erit Deus tibi auxilio, ut tot administris adjutus, partemque oneris in eos derivata levatus, commodius omnia ferat et perficias (2).

ESTO TU POPULO IN HIS QUÆ AD DEUM PERTINENT. — Hebraice, *esto tu populo ante Deum*, vel *coram Deo*, q. d. Esto tu populi causidicus, advocatus et interuentus apud Deum, « ut referas quæ di-

(1) Hebr. *ad seiscitandum Deum*. Sensus est: Nullo alio iudice admittere possum; populus enim non me ipsum ut iudicem adit, sed Deum, cuius nomine et ex cuius legibus ego iudico.

(2) Alii, et *sit Deus tecum*.

cuntur ad eum, » scilicet, populi dicta, vota, postulata et necessitates; et enim *eum* Deum respicit, ut patet ex Hebræo, non populum, ut censuit Abulensis.

20. OSTENDASQUE POPULO CEREMONIAS, ET RITUM COLENDI, VIAMQUE PER QUAM INGREDI DEBEANT, — q. d. Sicut dixi te, o Moses, debere esse populi advocatum apud Deum: ita vicissim hic dico te pariter debere esse interpretem Dei apud populum, ut eum doceas quomodo Deum colere riteque vivere debeat: alios vero constituas iudices et arbitros ad lites et iurgia eorum dirimenda.

Hinc moraliter S. Gregorius, II part. *Pastoralis*, cap. VII, docet qualis debeat esse rector: « Sit rector, inquit, internorum curam externorum occupatione non minuens, externorum providentiam interiorum occupatione non relinquens: ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, ut solis interioribus occupatus, quæ foris debet, proximis non impendat, » Hinc et S. Augustinus, *Quæst. LXVIII*: « Docemur, inquit, hic a Jethro, nimis intentum humanis actionibus animum Deo vacuare. »

21. PROVIDE AUTEM DE OMNI ELIBE VIROS POTENTES. — Ita legunt Hebræa, Chaldeæ, Septuaginta et Latina Romana; non *sapientes*, ut habent Platiniana: hebraice enim est *virus virtutis*, id est viros valentes animo, strenuos et magnanimos, qui magnorum et magnatum vultum non timeant, ut personas in iudicio accipiant, et iudicium pervertant, sed nunc timeant Deum Iudicem iudicium, et Regem regum. Ita Fridericus III Imperator rogatus, quos e suis haberet charissimos? respondit: « Eos qui non magis me, quam Deum timeant. » Talis iudex fuit Job, cap. xxxix: « Conterebam, inquit, molas iniqui, et de dentibus illius aufereram prædam. » Hoc est quod monet Ecclesiasticus, cap. vii, 6: « Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrupere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua. » Quin et Epictectus iudicem ita compellat: « Ut ne anser clangore, nec ovis balatu perterretur, ita nec te stolidæ multitudinis vox perterfaciat. » Quare Trajanus Imperator magistratum et iudicem constituens, illique de more porrigens gladium: « Illo, inquit, pro me quamdir æqua mandavero: si iniqua, contra me utere. » Ita aulicoi et duces Christiani suis Imperatoribus, idolorum cultum et sacrificia mandantibus, resisterunt usque ad meritum et martyrium. Ita S. Sebastianus restitit Diocletiano, S. Eustachius Adriano, S. Theodorus Licinio, S. Gallicanus Juliano, Maurilius et Thebei Maximiano.

Sapientes etiam iudices exegisse Mosen, patet ex *Deut. 1, 13*: non enim omnes, quæ Jethro posuit, condiciones iudicium hic enarrantur: nec ulli dubium est tam scientiam et prudentiam, quam virtutem animique constantiam in iudice requiri.

Vere enim dixit Carolus V, audita nece Thomæ Mori, qui vir sapientissimus, Angliæ Cancellarius fuit et Martyr: « In Moro Henricus rex VIII totius Angliæ caput præcidiit. »

IN QUIBUS SIT VERITAS, — non tam doctrinæ, aut etiam vius, quam justitiæ (de ea enim præcipi est hic sermo), id est, justos: ita Septuaginta; qui scilicet neminem decipiunt, sed faciunt quod pro miserunt, quodque æquum est et legibus præscriptum. Unde sequitur: « Odientes avaritiam, » qui scilicet munera non capiant, ne iis capiantur, ut jus violent. Ludovicus XI, Gallie rex, aiebat se in aula omnibus rebus abundare, excepta una; rogatus quænam ea esset dixit: Veritas.

Hippocrates, epist. ad *Philopænetem*, veritatem depingit quasi mulierem pulcherrimam, magnam, simpliciter ornata, illustrem ac splendidam, cuius oculorum orbis puro lumine nitent, ut astrotorum ac stellarum fulgorem imitari viderentur. Rursus veritas temporis filia, et virtutis mater est habita. Plutarchus in *Quæst. ait*, quod Romani veritatis parentem ac deum habuerunt Saturnum; enndit causam: « An, inquit, quod, ut Philosephi, putant. *Ἐπιγονή*, id est, Saturnum tempus esse? veritas vero tempore invenitur: an illud potius, quod Saturnus iustissimus fuerit, et veritatem imprimis coluerit? » Hinc et Democritus scripsit veritatem in putei fundo delitere; et proverbium est: « Veritatem in lucem agit et adducit dies. » Giralduus, *synlog. 1*, testatur iudices olim defunctos exsculptos fuisse ita, ut ex eorum collo ad pectus penderet suspensa veritas, subnatis oculis.

Notat Cajetanus has quinque dotes maxime spectare et requirere debere principes in iis, quos alii præficiunt, scilicet primo, magnanimitatem; iustitiam; quinto, abstinentiam a muneribus.

Ita Plato dicere solet: « Principibus nullum præstantius prædiorum genus esse, quam eorum familiaritates qui cauponari nescirent. » Hinc et Isaias, cap. 1, vers. 3, arguens Hierosolymitas postquam dixit: « Principes tui infideles, socii furum; » mox causam subjicit: « Omnes diligunt munera. » E contrario Samuel optimus iudex ita cum suis libera fronte dicebat: « Si de manu cuiusdam munus accepi, loquimini, et contemnam illud hodie, restituaque vobis, » I *Reg. xii, 3*. Et Paulus, *Actor. xx, 33*: « Argentum et aurum, aut vestem nullius concepiui, sicut ipsi scitis. » Itc Alcamenes Telecri filius Spartanus, rogatus cur munera a Messeniis oblata non accepisset, respondit: « Quia si accepissem, cum legibus pacem habere non potuissem; » significans munera non esse accipiendi, que legibus et Reipublice obesse solent: testis est Plutarchus in *Locon*. Hæc iudicium dotes habent Confessarii, qui sunt iudices in foro animæ. In hujus rei signum, sacerdos vetus, qui erat iudex, inscrip-

tum habebat in pectore: « Doctrina et veritas; » unde et iudices apud Ægyptios sapphirum collo gestabant, cui inscripta erat veritas, de quo cap. xxxviii, vers. 30.

23. SI HOC FECERIS, IMPLEBIS (implere poteris): est enim hoc futurum potentiale IMPERIUM DEI, ET PRÆCEPTA EIUS POTERIS SUSTENTARE, — id est sustinere, hebraice est, *præcipiet tibi Deus*, et poteris stare, id est, poteris satisfacere Dei præceptis circa totius populi regimen.

Sequantur hoc sapiens Jethro consilium, quicumque recte gubernare volunt: ut nimirum omnis cum aliis partiantur; minoraque negotia aliis committant, quo ipsi gravioribus totique communitati invigilare, ac simul Deo et orationi vacare possint; ipsi enim sunt quasi Atlantes, qui Deo nisi omnis totius populi suis humeris sustinere debent; preposterum enim est et insipiens ac iniquum, si rector ita minoribus, vel alienis, vel externis se occupet, ut majora, propria et domestica negligere, vel perfunctorie obire debeat.

24. MOYSES FECIT OMNIA QUE ILLE SUGGERENBAT. — Elegit ergo Moses inferiores magistratus idoneos rebus dijudicandis, sed cum consensu populi, eosque serio officii sui admonuit. Vide *Deuteron. 1, a vers. 9 ad 19*, ubi hæc fuis enarrantur (1).

25. ET ELECTIS VIRIS STRENUIS, CONSTITUIT EOS PRINCIPES POPULI, ET TRIBUNOS. — « Tribunos, » hebraice *chiliarchas*, sive principes mille familiarum videlicet: ita enim pulchro ordine hi magistratus ad levamen Mosis instituti sunt, ut decani quinquagenariis, hi centurionibus, centuriones tribunis, sive chiliarchis subessent; sic ut tribunus quisque sub se decem haberet centuriones, centurio sub se habere duos quinquagenarios, quinquagenarius præset quos decanis, ita ut a decanis ad quinquagenarios, ab iis ad centuriones, ab his ad tribunos, a tribunis demum ad Mosen appellaretur. Vocat vero Noster chiliarchas *tribunos*, quia hic summus olim erat magistratus (tribuni enim plebis erant pares consulis, erantque quasi consules plebis) in plebe Romana, uti et in militia; sed et colonellos nostros sive chiliarchas exercitus recte vocamus tribunos.

(1) Juxta Harimann, op. cit. p. 196, quod hic dicitur, malo *Num. xi, 16*, repetitur; que repetitio illi argumento est, ut Pentateuchi negot *aberrare*. Sed errat: nam his in locis res omnino diverse narrantur. Collegium enim hic Jethro suadente institutum, ab illo *Num. xi*, tum occasione, tum personis, tum fine discrepat, ut videre est apud Herlet et Wette *Historisch-kritische Einleitung in d. a. Test. II Part. sect. 1*, pag. 27. Imo Rosenmullerus enset, hanc chiliarchorum, centurionum, etc., institutionem valuisse dumtaxat ad tempus peregrinationis, quæ populus in certos numeros, non in urbes ac pagos, ut postea, erat divisus. Vid. Michaelis *Nosaisches Recht*, P. I, § 49.

Quinque  
Præ-  
dum et  
Reb-  
rum vir-  
tutes.

Doctor  
sit doc-  
lis.

Vers. 19.

Vers. 19.



## CAPUT DECIMUM NONUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Hebraei veniunt in Sinā, ascendit Moyses in montem, Deus jubet populum sanctificari et preparari ad legem Dei reverenter accipiendam: ideoque, vers. 16, Deus montem igne, fumo, tonitruis, fulguribus, terrā motu, et buccina clangore replet, ut Hebræos sui metu et religione percellat.

1. Mense tertio egressionis Israel de terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. 2. Nam profecti de Raphidim, et pervenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria e regione montis. 3. Moyses autem ascendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte, et ait: Hæc dices domui Jacob, et annuntiabis filiis Israel: 4. Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quo modo portaverim vos super alas aquilarum, et assumpserim mihi. 5. Si ergo audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. 6. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta: hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. 7. Venit Moyses; et convocatis majoribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandaverat Dominus. 8. Responditque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, 9. ait ei Dominus: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, et credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo Moyses verba populi ad Dominum. 10. Qui dixit ei: Vade ad populum, et sanctifica illos hodie, et cras, laventque vestimenta sua. 11. Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. 12. Constitutesque terminos populo per circuitum, et dices ad eos: Cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. 13. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur jaculis: sive jumentum fuerit, sive homo, non vivet. Cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem. 14. Descenditque Moyses de monte ad populum, et sanctificavit eum. Cumque lavissent vestimenta sua, 15. ait ad eos: Estote parati in diem tertium, et ne appropinquetis uxoris vestris. 16. Jamque advenerat tertius dies, et mane inclaruerat: et ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, et nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat; et timuit populus qui erat in castris. 17. Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. 18. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace; eratque omnis mons terribilis. 19. Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in majus, et prolixius tendebatur; Moyses loquebatur, et Deus respondebat ei. 20. Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, et vocavit Moysen in cacumen ejus. Quo cum ascendisset, 21. dixit ad eum: Descende, et contestare populum, ne forte velit transcendere terminos ad videndum Dominum, et pereat ex eis plurima multitudo. 22. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percatat eos. 23. Dixitque Moyses ad Dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai; tu enim testificatus es, et jussisti, dicens: Pone terminos circa montem, et sanctifica illum. 24. Cui ait Dominus: Vade, descende; ascendesque tu, et Aaron tecum; sacerdotes autem et populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum: ne forte interficiat illos. 25. Descenditque Moyses ad populum, et omnia narravit eis.

4. MENSE TERTIO EGRESSIONIS ISRAEL DE TERRA ÆGYPTI, IN DIE HAC VENERUNT IN SOLITUDINEM SINAI. — « In die hac, » id est in die eadem, sive ejusdem numeri cum mense tertio, puta tertia die mensis tertii; et enim hic usurpantur pro *idem*, variis exemplis docet Franciscus Ribera, lib. V De Templo, cap. vii, et ita hoc loco accipiendum esse patebit vers. 11. Quare non recte Patres aliqui putant Hebræos venisse in Sinā die prima mensis tertii, uti docte ostendit Bellarminus, lib. III De cultu Sanctor. cap. xiii (1).

Nota: Hebræi venerunt in Sinā die tertio mensis tertii, anni primi exitus ab Ægypto; discesserunt vero ex Sinā anno secundo, mense secundo, die vigesimo, ut dicitur Num. x, vers. 11. Hæserunt ergo in Sinā annum integrum, exceptis tredecim diebus. Omnia ergo, quæ ab hoc capite deinceps toto Exodo totoque Levitico, et in Numeris usque ad cap. x, vers. 11, describuntur, gesta sunt in Sinā.

Unde S. Hieronymus: « In Sinā, ait, fuit duodecima mansio, ubi media pars Exodi, et totus Leviticus, et Numerorum præcepta, et populi per singulas tribus distributio, et oblatio principum descripta sunt. »

3. MOYSES AUTEM ASCENDIT AD DEUM, — in montem Sinā, in quo sciebat olim Deum sibi apparuisse Exodi iii, jussisseque ut, post egressum ex Ægypto, sibi in eodem sacrificaret: qua de re ut Deum consuleret, Moses jam ascendit in eundem.

4. QUOMODO PORTAVERIM VOS SUPER ALAS AQUILARUM. — Sicut enim aquila pullos suos non transferunt unguibus et pedibus, sed eos super alas imponunt, et vectant adeo alte, ut nullus eas vel telo petere possit: sic et Deus alis providentiæ suæ sustulerat Hebræos, quando eos ab omnibus hostibus tutissimos reddidit, et paterna sollicitudine fovit. « Omnes enim reliquæ aves, inquit R. Salomon, pullos suos ponunt inter pedes suos, eo quod timeant sibi ab avibus, quæ supra se volitant. Verum aquila non timet sibi, nisi ab homine, ne forte petat eam jaculo. Cum enim nulla avis altius ipsa volet, propterea collocat pullos suos in alis, cogitans: Satius est ut in me penetret jaculum, quam in pullos meos. Ita et ego feci, inquit Deus, juxta illud cap. xiv, vers. 10: Tollensque se angelus, etc., stetit inter castra Ægyptiorum, et castra Israel; cumque Ægyptii mitterent jaenla et lapides, ipsa nubes, in qua latebat angelus, exceptit ea. » Bactenus ille. Aquila ergo se quasi clypeum opponit pro pulvis: ita et facit Deus pro fidelibus et justis. Rursum, sicut aquila fetus suos per ardua extollunt et assuefaciunt ad solis intuitum, ita et

Deus Hebræos per maxima obstaculo perduxerat ad tam claram et familiarem Dei cognitionem et cultum (2).

Historice, nota Dei providentiam et beneficentiam recte comparari aquilæ; nam aquilæ singularis est amor tum in pullos, tum in hominem, præsertim si is virgo sit aut beneficus. Narrat Plinius, lib. X, cap. iii, in Sesto educatam a virgine aquilam, eamque libertate donatam, hanc ei duplicis beneficii gratiam retulisse, primo ut a ves, mox etiam ut venatus virgini aggereret. Quid, quod cum virginem diem obiisse, jamque rogum exurendæ extractum vidisset, in accensam pyram sese injectit, et simul conflagavit: quippe quæ pari letho interire, quam altrici dominæ supervivere, satius haberet.

Ptolemeum Soterem Arsinoæ filium ferunt Macedones expositum, et ab aquila nutritum. Hæc sublimis super infantem expansis alis, ab eo et astum solis et pluviam avertibat, aves gregales arecebat, et columbicum sanguine tanquam lacte infantem alebat: testis est Suidas in Lago.

Aristomenem miro modo ab aquila ex alta fovea liberatum scribit, modumque fuscæ narrat Pausanias, lib. IV.

Plutarchus in *Parallelis*: « Cum pestis, inquit, Spartæ grassaretur, oracula monerent mali vin cessaturam, si quotannis nobilem aliquam virginem immolasset. Forte evenit ut Helene sors obtigerit: quæ cum mactanda duceretur, aquila devolans sacrificuli gladium abruptit, et ad argumenta delatum super juvenem demisit; cuius prodigii argumento hæc virginum immolatio quam diu Spartani ex oraculo observarent, subblata est. »

Pari prorsus pacto apud Valerios virgo, cui nomen Valeriæ Lupercæ erat, sacrificio forte destinata, aquilæ beneficio servata est.

Scribit ex Philarcho Athenæus, pullum aquilæ a puero altum, cum quasi fratrem adamasse, egrotanti mœstum astilisse; cum non ederet, ipse pariter cibum non admittebat; eo mortuo funus prosectus; cum cremaretur, in rogum se pullos injectit.

Scribit Ælianus, lib. XVII, cap. xxxvii, agricolam hausturum aquam, aquilam cum serpente pugnantem, eo falce dissecto, victorem effecisse, moxque aquam hausisse, ex qua utpote veneno a serpente infecta, socii ejus bibentes paulo post expirarunt; cumque ipse inde bibere pararet, advolavit aquila, poculum everit, aquam effudit, itaque eum veneno et morte liberavit.

Idem, lib. XII, cap. xxi, narrat Tiglammum regem Babylonis, cum puer esset, jussu avi precipitatum, ab aquila subvolante quæ puerum

(1) Rosenmüllerus: *In die isto*, id est, die primo tertii mensis. Nam  $\text{וּבְיָמֵינוּ}$ , quod præcessit, hic est propria significatio *novissimè* capiendum, ut I Sam. xx, 5; II Reg. iv, 23.

(2) *Gestavi vos quasi in alis aquilinis*. Aquila enim, si pullos ex nido educit, sub eis volitat, ne in petras delabantur et in iis contendantur. *Adjuvi vos ad me*, id est, liberavi vos a crudeli Ægyptiorum servitute, et recepi vos in tutelam meam singularem.

Aquila in pullos, et si virginis de hominibus amor. Exempli profana.



dorso excepti liberatum, et in hortum quemdam venitur depositum. « Hoc, inquit, si cui fabula videtur, me quoque non approbare illi fatebor. Audio tamen Achæmenem Persam quoque, a quo nobilis Persarum prosapia descendit, aquilæ aluminum fuisse. »

**Sacra.** Hæc profana sunt, audi sacra. Deus enim Sanctos mire sepe per aquilas; vult.

S. Medardum, cum puer esset in campo pluvie expositus, ab aquila alas et corpus super eum expandente, in unum servatum esse, habet ejus Vita.

S. Benedicti a latronibus occisi corpus in aquam projectum, ab aquila demonstratum est.

S. Stanislaus Cracoviensis Episcopi a Boleslao rege occisi corpus, quatuor aquilæ a canibus et feris defenderunt toto biduo, donec sacerdotes disjecta membra colligerant, quæ subito coalescere dicuntur.

Venerabilis Bada de S. Cuthberto, Episcopo Linsardiensi, refert, quod aquila miraculose piscem accepit e flumine, eumque S. Cuthberto, ne fame periret, detulit.

**Sacri quasi aquilæ in caelis habitant.** Tropologicæ, Sancti, præsertim illustres, in caelis habitant quasi aquilæ, ibique eos Deus sibi assumit, quasi suos familiares et amicos. Unde S. Gregorius, lib. XXI *Moral.* xxxiv, explicans illud *Job xxxix* : « Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum suum? » S. Paulum et Sanctos comparat aquilæ. « Videamus, inquit, aquilam nidum in arduis sibi construente, qui ait : Nostra conversatio in caelis est. Et rursum : Qui conresuscitavit, et considere fecit nos in caelestibus. In arduis habet nidum, quia profecto in supernis figit consilium, non vult mentem in ima dejicere, non vult per abjectionem conversationis humane in infimis habitare. Tunc Paulus fortasse in carcere tenebatur, cum se considerare Christo in caelestibus testaretur : sed ibi erat, ubi ardentem jam mentem fixerat; non illic, ubi illum necessario pigra adhuc caro retinebat. » Deinde in seq. hanc mentis in celo positæ altitudinem ostendit esse signum divinae prædestinationis et electionis ad gloriam. Hoc est enim quod ait Isaias, cap. LVIII, vers. 14 : « Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terre, et cithabo te hereditate Jacob. »

Merito ergo S. Augustinus, serm. 2 *De omnibus Sanctis*, ita fideles exstimulat : « Ad hanc in caelis palmam libenter ac prompte certemus, omnes in agone justitiæ Deo et Christo spectante curramus; et qui sæculo et mundo majores esse cupimus, a cursu nostro nulla sæculi cupiditate retardemur. Si expeditis, si celeres in hoc operis agone, si currentes dies ultimus invenierit, nusquam Dominus meritis nostris ad præmium deferret remunerator. »

Hoc de causa Gentiles in funere Imperatoris aquilam e rogo emittabant, quæ animam defuncti ferret in caelum. Audi Spartianum in fu-

nere et apotheosi Adriani Imperatoris : « E fastigio simul cum subjecto igne ascensura in caelum aquila dimittitur, quæ in caelum creditur ipsam principis animam deferre. » Idem de Augusto testatur Dio in ejus funere lib. LVI. Testatur et nummi, qui una parte habent effigiem Divi Imperatoris, in altera vero aquilam, cum his verbis : « Consecratio S. C. » Quin et principes post mortem aquilæ insidere, ab eaque vehi fingeantur, pingebanturque. Audi Artemidorum in suis *Divin. somn.* lib. II, cap. xx : « Aquila vehi regibus et opulenti viris obitum prædicat. Vetus enim mos est hos mortuos fingere et pingere aquilæ insidentes. »

Ita Imperatori Severo signa mortis attulerunt aquilæ quatuor, a quibus sibi visus est per nocturnam imaginem in caelum abiri. In nummo autem ejus inscriptio est : « Divus Pert. Pius pater, » aquila est pile insidens, quasi ipsum supra caelum sublatum esse velit innuere. Denique epigramma in Platonis sepulcro aquilam appingit, quasi ejus specie anima Platonis in caelum evolarit; sic enim habet :

*Car, aquila, ad tumulum hunc volitas? dic, numquid ab astris  
Hic habitare Deum forte aliquem intulisti es?  
Imo anima extincti sum diva Platonis, Olympum  
Quæ colo, sed corpus terrigenum Alitica habet.*

**S. SI ERGO AUDIERITIS VOCEM BEAM, ET CUSTODIERITIS PACTUM MEUM, ERITIS MIHI IN PECULIUM, — q. d. Licet sitis pusillus grex, pusilla gens, eritis tamen totum pecus meum, id est, omnis substantia, totæ opes meæ; olim enim omnis substantia veterum erat in pecore, indeque dictum est peculium : peculium ergo est peculiaris et propria hereditas. Hoc enim est quod dicit *Deuter. xxxii, 9* : « Pars Domini populus ejus, Jacob funiculus hereditatis ejus, » id est, pars hereditaria ejus : olim enim funiculus solebant hereditates inter heredes dividere et dimetiri.**

Pro peculium hebraice est כֶּסֶף *segulla*, id est pars, sive portio electa et dilecta, qualis est thesaurus, q. d. Licet meus sit universus orbis, omnesque populi, vos tamen eritis mihi chari et pretiosi instar cimelii, vel thesauri; unde Septuaginta, et ex iis S. Petrus et Paulus vertunt, *eritis mihi laus persequens*, id est populus peculiaris, exquisitus et eminens; unde et Symmachus vertit, *eritis mihi laus insequens*, id est populus selectus, egregius, eximius. Lyranus vertit, *eritis mihi amabilia*, id est, eritis mihi ita amici, ac si essetis ipsa mea amicitia. Vide dicta ad *Titum ii*.

**MEA EST ENIM OMNIS TERRA. —** Cum tota terra sit mea jure creationis et conservationis, possum et volo vos ex ea mihi in peculium asciscere : ita ut tota terra mea sit hereditas, vos vero sitis meum peculium, meum *segulla*.

**6. ET VOS ERITIS MIHI IN REGNUM SACERDOTALE. —** Hebr. in *regnum sacerdotum*, id est sacerdotale; Hebræi enim gentium substantivum usurpant

**tale quid?**

pro epitheto adjectivo, q. d. Vos eritis regnum meum, ut non laicum et profanum, sed sacrum meoque cultui et sacrificiis addictum. Septuaginta invertunt verba : *Eritis mihi regale sacerdotium*; quos sequitur S. Petrus, *epist. I, cap. ii, vers. 2*; sed idem est sensus : utramque enim dignitatem, quæ in republica est summa, scilicet regni et sacerdotii sui, hic Deus Hebræis præ cæteris gentibus tribuit. Chaldaus vertit, *eritis mihi reges et sacerdotes, q. d. Vos non singuli, sed ex vobis aliqui deputati erunt reges, per quos regnabit, et aliqui erunt sacerdotes, per quos sacrificia offeretis Deo. Potest tamen secundo, hoc de singulis accipi quasi cuique in particulari, non autem soli republicæ hoc promittat Deus, q. d. Singuli eritis quasi reges, quia Chanaanæ alisque gentibus dominabimini, quomodo Pyrrhi legatus dixit se Romæ tot reges, quot senatores vidisse. Eritis et sacerdotes, quia inter alias gentes soli eritis meo cultui meisque caeremoniis addicti. Porro regnum et reges tam active quam passive accipio, q. d. Vos eritis reges, ita tamen ut ego in vobis regnem (1).*

Querunt hic aliqui cur Moses Judæis promittat regnum sacerdotale; S. Petrus vero, *epist. I, cap. ii, vers. 2*, inverse Christianis spondeat sacerdotium regale? Ac respondent *primo*, quia regalis dignitas, quæ apud Judæos perfecta erat, apud Christianos imperfectior reddita est : sacerdotium vero, quod apud eos imperfectum erat, apud Christianos perfectissimum, regisque et regibus prædominans evasit. *Secundo*, quia lex Moysi erat lex justitiæ, juxta illud : « Ego Deus zelotes, sive emulor, reddens iniquitatem patrum super filios, » *Deuter. v, 9*. Lex vero Christi est lex misericordiæ. Regalis auctoritas justitiam tuetur : ideo enim gladium portat; sacerdotalis autem misericordiam. Talis enim, ut ait S. Paulus, *Hebr. vii*, decebat ut nobis esset pontifex, qui possit condolare iis, qui ignorant et errant, ac compati infirmitatibus nostris. Apposite ergo justitiæ tempore, puta in lege veteri, regalis præeminēbat auctoritas : misericordiæ vero tempore sacerdotalis dignitas effecta est præstantior, quia a regia potestate justitiæ, a sacerdotali pietatis et misericordiæ expectanda est. Ita Ascenius Maritengus in *Genes. tomo I*.

Alludit ad historiam *Genes. XLVII, 22*, ubi redditur ratio, cur soli sacerdotes in Ægypto non fuerint in communi fame compulsi vendere possessiones suas : nimirum quia terra sacerdotalis

(1) Michaelis in *Mosaitiches Recht*, § 34, locum hunc ita interpretatur : vos, regni mei cives, habebitis iura et privilegia sacerdotum, et putat, hanc dictionem petitam esse ex Ægypto, ubi sacerdotes magnis ornamentis fruebantur. Melius Clericus observat, regnum sacerdotum significare homines non minus Deo sacros, et ei caros, quam si omnes essent sacerdotes. Ut sacerdotes, qui pie et caste rem divinam facebant, Deo cari habebantur; sic Deus significat, sibi caros fore israelitas, si legum suarum observantes sint.

tradita fuerat a rege sacerdotibus, quibus et statuta cibaria ex horreis publicis prebebantur. Itaque ingens erat honor et gratia quam rex Ægypti sacerdotibus deferabat, magnaque privilegia, immunitates et exemptiones, quibus sacerdotes Ægypti fruebantur. Porro famæ, labores et ærumæ, quæ cæteros alligebant, sacerdotes ne minimum quidem perstringebant, singulari regis in ipsos benevolentia et beneficio. Hæc enim notissima erant populo Israel ex Ægypto egredienti, q. d. Faciam vos meum peculium, uti vidistis in Ægypto sacerdotes esse peculium regis. Sic in Hispania militares ordines, ut S. Jacobi, atque alii, sunt peculium regis. Porro sacerdotes Ægypti vocantur reges, id est regis amici; et quia erant iudices populi, atque summus sacerdos erat summus iudex, ut tradit Elianus, lib. XIV, cap. xxxiv. Ita Aleazar in *Apoc. i, vers. 5*.

Mystice, omnes Christiani prohi et sancti sunt reges, inquit S. Gregorius, lib. XXVI *Moral. cap. xxvi* : « Nam dominantes cunctis motibus carnis, modo luxuriæ appetitum frenant, modo æstium avaritiæ temperant, modo gloriam elationis deprimunt, modo suggestionem livoris obruant, modo ignem furoris extinguunt : reges ergo sunt, quia tentationum suarum motibus non consentiendo, non succumbere; sed dominando et regendo, præesse noverunt; » hinc in celo accipiet regnum : « Qui vicerit, inquit, dabo ei sedere mecum in throno, sicut ego vici, et sedi cum Patre in throno ejus; » tunc dicent illud *Apoc. v, 10* : « Ecce isti nos Deo nostro regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram, » imo super caelum et oculos caelorum.

**GENS SANCTA. —** separata ab aliis gentibus profanis et idololatriæ, mihi que soli meæ vocatione et electione addicta, et quasi consecrata.

**8. CUMQUE RETULISSET MOYSES VERBA POPULI AD DOMINUM, — q. d. Dum Moses eadem die rediisset ad Dominum, et obedientiam verbaque populi ad Dominum referre cogitaret et inceptor, prævenit eum Dominus, et ait : « Jam nunc veniam ad te in caligine. » Nam post ea Domini verba, Moyses nuntiasset et retulisset Domino promptam populi obedientiam, et ad eam respondisse Dominum, sequentia verba docent; id clarior est in Hebræo, ubi post populi verba, Moyses ea retulisse ad Dominum dicitur, sed indefinite tempore. Nota : Hebræi factum dicunt id, quod fit, et incipit : vide *Can. 22*. Retulit porro Moyses, non quod ea nesciret Deus, sed ut obsequentem populi voluntatem Domino offerret : quomodo angelus hominum vota ad Deum referunt, cum iis et sua jungentes.**

**9. JAM NUNC VENIAM AD TE IN CALIGINE, —** ut te legislatorem Hebræorum constitutum, qui eis des legem non humanam, sed divinam : quod ut sciat credatque populus, hæc de causa de caelo loquor tecum, daboque tonitrua, fulgura, etc., coram populo. Sic enim et Gentiles legislatores, ut

**Omnes prohi Christiani, et sunt reges.**

**Ver. 6.**

**Ver. 9.**

**Ver. 1. Perlinam quid?**

**Segulla, quid?**

**Ver. 4. Regnum sacerdotum.**



**Legisla-** Zeluens, Zoroastres, Minos (sic et Mahomet) auctoritatem accipientes, cum Deo se colloctos, ab eoque leges se accepisse fixerunt. Ita Lycurgus legislator Lacedaemoniorum, Delphos profectus consulit oraculum: respondit Pythia cum diis charum, magisque deum quam hominem esse; quarentique de bona legum latrone dixit, dari ac sponderi a Deo eum republicae statum, qui omnium longe esset praestantissimus. Quare Lycurgus leges suas vocavit *πράξ*, quasi dicas, oracula. Ita Numa Pompilius legislator, et secundus rex Romanus, cum dea Egeria se colloqui finxit. Ita Pythagoras aquilam *θεοκρατά* vocibus sistere et deducere solebat, quasi per eam e caelo sua dogmata acciperet: testis est Plutarchus in *Numa et Lycurgo*. Mercurius, qui primus Aegyptiis leges dedit, Theologus habitus fuit divinus, ideoque Trismegistus, id est ter maximus, cognominatus.

**Vers. 10.** 40. SANCIFICAVA ILLOS RODIE ET CRAS, LAVENTQUE VESTIMENTA SUA, — *q. d.* Edic et jube ut hodie et cras Hebraei separent se ab omni immunditie, utque corporalem sui et castrorum munditiam, lavando et purgando procurent. Unde Philo, lib. *De Decalogo*, asserit eos per triduum lavaeris fuisse purificatos, idque ut hac ratione rudis ille populus excitaretur, ad divinae legis tertio die accipiendae reverentiam. Unde Chaldaeus vertit, *prepara eos*. Hinc et jussit Moses quemque suas lavare vestes, ut hac exteriori lotio eos interioris lotionis et purificationis admoneret, ut pura mente Deo occurrerent. Sanctificatio ergo haec et praeparatio, primo et potissimum sita erat in continentia, ut scilicet abstinerent ab uxoriibus; sic enim eam explicat Moses, vers. 15; secundo, in lotionem corporum et vestium; tertio, in purgatione castrorum; quarto, in reverenti expectatione Dei promulgatae suam legem.

**Vers. 11.** 41. ET SINT PARATI IN DIEM TERTIUM: IN DIE ENIM TERTIA DESCENDET DOMINUS CORAM OMNI PLEBE SUPER MONTEN SINAI. — Dies hic tertius fuit quinquagesimus a paschate, et ab egressu ex Aegypto, fuitque pentecoste, qua legem a Deo acceperunt in Sina; nam in memoriam datae legis hoc 50 die a paschate, quotannis celebrabant Hebraei pentecosten, uti docet S. Hieronymus *ad Fabiolam*, et S. Augustinus, *Quaest. LXX*, et passim alii.

Hic tertius dies fuit sextus mensis tertii, qui dicitur Sivan, et maio respondet: nam tertio die Sivan venerunt Hebraei in Sina, ut patet vers. 4; inde ab adventu suo die tertia, qua erat sexta mensis Sivan, legem acceperunt. Unde Hebraei in suis Calendaris, teste Genebrardo, pentecosten consignat die sexta Sivan; et patet, quia sexta Sivan est quinquagesima ab egressu et paschate exclusive. Hi enim 50 dies a paschate ad pentecosten ita numerandi sunt, ut pascha, sive primus dies azyrnorum excludatur, et primus dies horum quinquaginta sit secundus dies azyrnorum, qui fuit alter a paschate et ab egressu, ut patet *Levit. XXIII* vers. 11. Numerata ergo a secundo

**Sanctificatio Hebraeorum in quatuor rebus sita.**

**Pentecosten est festum datus legis.**

**Pentecosten et sexta mensis tertii, quia 50 die data est lex.**

die azyrnorum, puta a decimo sexto die mensis primi, reliquos 44 dies ejusdem mensis, et 30 dies mensis secundi (Hebraeorum enim mensis, utpote lunares, alterari erant 29 et 30 dierum), habebis dies 44. His adde sex dies mensis tertii, complebis 50, sive pentecosten. Errat ergo Abulensis hic, *Quaest. X*, dum asserit legem datam esse die non 50, sed 48 ab egressu: idque ex eo, quod putet Hebraeos venisse in Sina die prima mensis tertii, ac tertio post die accepisse legem. Dies enim prima mensis, inquit ipse, vocatur « dies haec, » vers. 1. Verum ibi ostendi, quod « dies haec » vocetur non prima, sed tertia.

**DESCENDET DOMINUS, —** descendam ego. Est enallage personae crebra apud Hebraeos. Descendam, inquam, non motu locali, sed revelatione gloriae meae, uti indicat Chaldaeus. Vide vers. 18.

**42. CAVE, NE ASCENDATIS IN MONTEN, NE TANGATIS FINES ILLIUS, —** tanquam curiosi scrutatores praesentiae et majestatis divinae; sed potius eam reverentes continete vos in castris et jumenta vestra.

Tropologice S. Gregorius, lib. VI *Moral.* XXVI: « Bestia, ait, montem tangit, cum mens irrationabilibus desideris subdita, ad contemplationis alta se erigit; sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens, ipsis superni ponderis icibus necatur. »

**42 et 43. OMNIS, QUI TETIGERIT MONTEN, MORIETUR: MANUS NON TANGET EUM, SED LAPIDIBUS OPPRIMETUR. —** Quia hic, qui contra praeciptum meum audacter et irreverenter tangit montem, Dei praesentia jam sacrum, consensus est sacrilegus, adeoque pollutus et immundus, ut tanquam anathema vilandus sit, nec tangendus, ne quam eum attrahentibus labem afflet; non ergo cominus eum feriri, sed eminus lapidari jubeo. Ita Rupertus.

Cum CORPERIT CLANGERE BUCCINA, TUNC ASCENDAT IN MONTEN. — Hebraice est, cum *traxerit*, vel *traxerit buccina*, id est, ut noster Interpres vertit *Josue vi*, 5: « Cum insonuerit sonus longior et concisior buccinae. » Verum quia Hebraei nulla habent verba composita, sed ea per simplex exprimunt, hinc Septuaginta et Chaldaeus *abstrahere* vel *substrahere* vertunt contrario sensu: *Cum substractus fuerit, cessaveritque sonus buccinae, tunc ascendite in montem*. Sed noster Interpres usitatus verbi significatum secutus est, cum vix in altera, quam habent Septuaginta, significatione reperitur. Unde et passim ita vertunt recentiores; atque ad vocem tubae, non autem ad cessationem tubae Hebraeos ascendisse in montem, patet vers. 16 et 17, ex communi omnium Interpretum versione et consensu.

Buccina haec, inquitur Judei, fuit cornu arietis immolati pro Isaac; sed haec sunt nugae. Buccina ergo haec non fuit cornea, sed aerea: angelus enim aera collidens, ut sonum ederet similem inflatae buccinae, quasi per buccinam hic bucci-

**Significatio gratitudinis legis Dei.**

**Vers. 11.**

**Vers. 18.**

**Paras Sina munda?**

**Hebraice autem dicitur.**

nare dicitur. Angelus ergo clangens de monte Sina, ut habent Chaldaeus, Septuaginta, et indicant sequentia, hoc clangere populum evocabat ex castris a monte disitis, ut veniret ad radicem montis, ibique legem Decalogi, angelo quasi praecone Dei proclamante, audiret.

Mystice, sonitus buccinae significabat gravitatem praecceptorum Dei, quae ut impleantur, homini indicitur bellum contra seipsum, inquit S. Thomas in cap. XII *ad Hebr.* lect. 4.

**ASCENDAT IN MONTEN, —** ascendat versus montem, usque ad terminos a Mose jussu Dei praefixos, in ipsa montis radice. Vide vers. 17; nam vers. 12 jussi sunt sub poena mortis montem ipsum non tangere. Jubeatur ergo hic tantum castris egredi, et ad radices montis Sina propius accedere. Ita Rupertus, Hugo et alii. Adde, totus hic mons igne fumabat, ut patet *Deut. v*, 4; ergo non poterant ad eum propius accedere Hebraei.

**14. SANCIFICAVIT EUM, —** eo modo, qui jam dicitur est, quique sequitur, scilicet jubendo lavari vestimenta, et abstinere ab uxoriibus, atque comparare se per munditiam, et reverentem expectationem Dei ejusque legis, in diem tertium, quo futura erat Decalogi promulgatio.

**18. TOTUS AUTEM MONS SINAI FUMABAT, EO QUOD DESCENDERET DOMINUS SUPER EUM IN IGNE, ET ASCENDERET FUMUS EX EO, QUASI DE FORNACE. —** *Deuter. iv*, 11, dicitur mons Sina arsisse usque ad caelum. Sicut ergo in fornace partim flamma et ignis, partim fumus necdum accensus, sed cum igne convolutus conspiciatur: ita pariter ignem fumo mixtum in Sina angelus vice Dei produxit, idque sive ex aere, sive ex fumosa quapiam materia, quae facile ignem concepit, puta ex thure, resina, sulphure, etc.

Nota: Ignis est insigne divinae ac regiae majestatis: hinc Deus in rubo Mosis, in columna, in monte Sina, in templo, et alibi, cum ejus regia aut judiciaria potestas exprimitur, in igne apparuit. Ignis enim praestitit illum, tanquam verum regem et iudicem maximum. *Psal. XLIX*: « Deus manifeste venit, etc.; ignis in conspectu ejus exarscit, » id est, praenocbit regi vero. *Psal. XCVI*, agens de Christi judicio: « Ignis, inquit, ante ipsum praecedet. » Ita Imperatoribus olim praeferebatur ignis, teste Hierodiano, quia ignis est symbolum tum principatus, ut qui primus ac princeps inter elementa virtute ac splendore emineat; tum vite, doctrinae, felicitatis, potentiae et gloriae, quibus rebus Deus Divique pollut, et post eos principes, reges ac iudices. Hinc Varro: Ignis, ait, dicitur a gignendo et nascendo, quod ab igne omnia nascantur, et ignis animantibus vim indat mirificam.

Symbolice Cyprianus, lib. III *Testimon. ad Quirinum*, hoc igne, uti et igne rubi, *Exodi* cap. II, et linguis igneis in Pentecoste, *Acto.* cap. II, significatum putat Spiritum Sanctum. Porro ignis hic fumans, ipseque fumus, minax erat incendi.

si legem Dei violarent, uti de facto ob legis violatione, urbs et templum primo a Chaldaeis, deinde a Tito et Romanis incensa, et in fumum cineresque redacta sunt.

**ERATQUE OMNIS MONS TERRIBILIS. —** Bene vertit Noster, si aliis punctis in Hebraeo legas in *hiphil* וררר *vaiachared*, id est, et terruit; sive perterrefecit Hebraeos hic mons. Jam aliis punctis in *cal* legunt *vaiachared*, id est, ut Chaldaeus, et *contremuit totus mons*, ideoque pariter erat terribilis.

Terra motu fuisse hic concussam montem Sina patet quoque *Psal. LXVII*, vers. 9: « Terra mota est; in ipsa montis radice. Vide vers. 17; nam vers. 12 jussi sunt sub poena mortis montem ipsum non tangere. Jubeatur ergo hic tantum castris egredi, et ad radices montis Sina propius accedere. Ita Rupertus, Hugo et alii. Adde, totus hic mons igne fumabat, ut patet *Deut. v*, 4; ergo non poterant ad eum propius accedere Hebraei.

**18. TOTUS AUTEM MONS SINAI FUMABAT, EO QUOD DESCENDERET DOMINUS SUPER EUM IN IGNE, ET ASCENDERET FUMUS EX EO, QUASI DE FORNACE. —** *Deuter. iv*, 11, dicitur mons Sina arsisse usque ad caelum. Sicut ergo in fornace partim flamma et ignis, partim fumus necdum accensus, sed cum igne convolutus conspiciatur: ita pariter ignem fumo mixtum in Sina angelus vice Dei produxit, idque sive ex aere, sive ex fumosa quapiam materia, quae facile ignem concepit, puta ex thure, resina, sulphure, etc.

Nota: Ignis est insigne divinae ac regiae majestatis: hinc Deus in rubo Mosis, in columna, in monte Sina, in templo, et alibi, cum ejus regia aut judiciaria potestas exprimitur, in igne apparuit. Ignis enim praestitit illum, tanquam verum regem et iudicem maximum. *Psal. XLIX*: « Deus manifeste venit, etc.; ignis in conspectu ejus exarscit, » id est, praenocbit regi vero. *Psal. XCVI*, agens de Christi judicio: « Ignis, inquit, ante ipsum praecedet. » Ita Imperatoribus olim praeferebatur ignis, teste Hierodiano, quia ignis est symbolum tum principatus, ut qui primus ac princeps inter elementa virtute ac splendore emineat; tum vite, doctrinae, felicitatis, potentiae et gloriae, quibus rebus Deus Divique pollut, et post eos principes, reges ac iudices. Hinc Varro: Ignis, ait, dicitur a gignendo et nascendo, quod ab igne omnia nascantur, et ignis animantibus vim indat mirificam.

**20. DESCENDETQUE DOMINUS SUPER MONTEN SINAI IN IPSO MONTIS VERTICE, ET VOCAVIT MOYSEN. —** Descenderat jam Deus per angelum vers. 18, super montem in igne, sed quasi sursum adhuc elevatus super montem, et in aere consistens: hoc enim innuit *ti super*; hic vero ulterius de-

**Terra motus Sina.**

**Septem terribilia in Sina cum dicitur lex.**

**Allegorice tonitru significabat terrorem praedicationis Evangelii: unde Paulus a S. Hieronymo vocatur tonitru Gentium; fulgura significabant claritatem miraculorum; vox buccinae fortem praedicationem Apostolorum. Dominus descendit in igne et fumo, quia fideles suae claritatis et Evangelii ostensione illuminat, et infidelium oculos fumo et caligine erroris obscurat, inquit Isidorus.**

**19. DEUS RESPONDEBAT EI. —** Hebraice additur *Vers. 19. per vocem, q. d.* non per phantasmata aut visiones, sed exteriori clara voce Deus respondebat Mose, ut Hebraei Deum cum Mose legislatore suo loquentem audirent.

Nota: Qui hic passim cum Mose loquitur, quique sequenti cap. decalogum ex Sina proclamavit, fuit angelus, ut patet *Acto.* cap. VII, vers. 38, et *Gal.* cap. III, vers. 19, ubi disertè dicitur legem datam esse per angelos; dicitur tamen hic angelus Deus, quia Dei personam gerebat, ejusque legem tradebat, tanquam Dei praeco et legatus.

**20. DESCENDETQUE DOMINUS SUPER MONTEN SINAI IN IPSO MONTIS VERTICE, ET VOCAVIT MOYSEN. —** Descenderat jam Deus per angelum vers. 18, super montem in igne, sed quasi sursum adhuc elevatus super montem, et in aere consistens: hoc enim innuit *ti super*; hic vero ulterius de-



scendit ad ipsum verticem, eoque Moſen evocat : Moſes enim infra verticem conſiſtebat, ibique cum Deo, audiente populo vicino, et ad radices montis conſiſtente, colloquebatur : unde hic jubetur a Deo in cacumen montis aſcendere, ad quod pariter Deus denſiore nube, et majore gloria deſcendit. Perperam ergo Calvinus hic carpit noſtrum Interpretem, dum vult vertendum eſſe, non *deſcendit*, ſed *deſcenderat autem*, ſcilicet jam ante verſ. 21.

Vers. 21. 21. NE FORTE VELIT TRANSCENDERE TERMINOS. — Hebraice eſt, *ne deſtruant, ne diſſipent*, ſubaudi terminum a me ſtatutum. Unde colligi videtur limitem hunc et terminum ſepe aliquæ, vel palis obductum fuiſſe, quæ accedenti ad montem diſſiſcenda foret.

Vers. 22. 22. SACERDOTES QUOQUE QUI ACCEDUNT AD DOMINUM, SANCTIFICENTUR, NE PERCUTIAT EOS. — Necdum Aaron ejuſque filii creati erant ſacerdotes : ſacerdotes ergo hic intelligit eos, qui ante Aaronem in populo, ex lege naturæ erant ſacerdotes, quos multi putant fuiſſe primogenitos familiarum. Ita Cajetanus, Lipomanus et alii. Tales ſane fuiſſe videntur juvenes illi, quos Moſes, capite XXIV, verſ. 8, miſit immolare holocauſta (1).

Nota *quæ qui accedunt ad Dominum, q. d.* Quorum munus eſt accedere ad Dominum, ut orando et ſacrificando ſint mediatores inter Deum et populum. Jubet ergo Deus ſacerdotes cum cæteris, imo præ cæteris ſanctificari, id eſt, ſe emundare ab omni ſorde et macula, veſtimenta lavare, abſtinere ab uxoriſque, et reverenter exſpectare Deum decalogi promulgatorem.

Vers. 23. 23. DIXITQUE MOYSES : NON POTERIT VULGUS ASCENDERE IN MONTEM, q. d. Non præſumat populus id, quod ſcit a te velitum ſub pœna mortis : conſuetudinis et colloqui divini avidior Moſes deprecatur, et excuſat ſe, ne jubeatur redire ad populum.

TESTIFICATUS ES, — proteſtatus es.

SANCTIFICA ILLUM, q. d. Montem Sina termino, vel ſepe aliqua ſepara ab accessu populi, ut mihi ſoli mons hic quaſi dicatus videatur.

(1) Obſervat Abarhencel, Moſen, ante Aaronici ſacerdotii institutionem, delegiſſe ex Iſraelitis, nulla ordinis naſcendi ratione habita, juvenes robore ad ſacrificia illa paranda ſufficienter inſtructos. Robur utique requirebatur non mediocre ad juvenes plures proſternendos, jugulandos, excoſciandos, eviſcerandos, et ad partes hoſtiarum, majores quidem illas, ad altare deportandas. Iſta de cauſa Græci etiam antiqui in ſacrificiis apparandis juvenum opera ſunt uſi. Cf. infra XXIV, 8.

24. VADE, DESCENDE, — ut ſacerdotibus etiam denuntiis ne tranſeant terminos montis, a me populo præſtitutos : de ſacerdotibus enim priorè præcepto verſ. 21, nihil attingi. Deinde « deſcende, » ut ſeſſiore interdico et pœna idipſum firmas et ſancias, videlicet non a populo, ſed a me Deo veſtro, cum, qui ſecus faxit, terminosque montis tranſierit, interficiendum eſſe. Tertio, « deſcende, » ut Aaron deſtinatum jam ſacerdotem, tecum in montem ad me adducas, idque hoc fine, ut hæc ratione ejuſ ſacerdotium a me populo commendetur, illique fiat venerabile et reverendum, cum hunc a me honorem Aaroni deferri videbit, ut eum mea vocatione et præſentia digner. Quarto et maxime, « deſcende, » ut tu, o Moſes, ſub vertice montis pene cum populo conſtitutus, velis unus ex eo legem meam, puta Decalogum (quem cap. ſeq. ex Sina proclamabo), cui tu quoque ſubjectus es, audias; ſed hæc rationem ſubſicet hic Deus.

Allegorice, promulgatio legis veteris ſignificabat promulgationem legis novæ : utraque enim facta eſt die quinquageſimo a paſchate, puta in pentecote; ibi terræ motu contremuit mons, hic domus diſcipulorum; ibi inter flammam ignem et micantia fulgura fragor tonitruorum perſonabat, hic cum ignearum viſione linguarum ſonitus pariter de cælo tanquam ſpiritus vehementis advenit; ibi clangor buccinæ verba legis perſtrepebat, hic tuba Evangelicæ Apoſtolorum ore inſonuit. Ita Beda in homilia vigiliæ Pentecoteſtæ, et S. Hieronymus ad *Fabiolam*; quin et Apoſtolus, *Hebr.* cap. XII, verſ. 18 : « Non enim accessiſtis, inquit, ad tractabilem montem, et accenſibilem (accenſum) ignem, et turbinem, et caliginem, et procellam, et tubæ ſonum; ſed accessiſtis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jeruſalem cœleſtem, et multorum millium angelorum frequentiam, etc. : videte, ne recuſetis loquentem. »

25. DESCENDITQUE MOYSES AD POPULUM, — ut præceptum de non tranſgrediendo limite montis populo promulgaret : quo facto ſtatim ruruſ cum fratre Aaron, ubi ei juſſerat Deus verſ. 24, aſcendit aliquoſque, ita ut a populo ad radices montis ſtante diſtaret, ut patet cap. XX, verſ. 19; ibique Moſes ſtans audivit Decalogum proclamari ab angelo, ideoque poſtea evocatus in verticem aſcendit, cap. XX, verſ. 21, accepturus ibidem a Deo leges alias ceremoniales et judiciales, tumque Aaronem et populum ad caſtra remiſit. ut patet *Deuter.* cap. V, verſ. 30.

Vers. 24.  
Deſcendit Moſes de Sina  
quæ dicitur  
de caſtra  
Sina.

Allegorice  
facta data  
legis in  
Sina.

Vers. 25

## CAPUT VIGESIMUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Angelus ex Sina toti populo Hebræorum proclamat, et promulgat Decalogum. Secundo, verſ. 21, Moſes aſcendit ad Deum in caligine verticis Sina latentem, jubeturque ab eo facere altare ex terra, vel lapide inſecto.

1. Locutusque est Dominus cunctos sermones hos : 2. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. 3. Non habebis deos alienos coram me. 4. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in celo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. 5. Non adorabis ea, neque coles : ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me : 6. et facies misericordiam in millia his qui diligunt me, et custodiunt præcepta mea. 7. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; nec enim habebit insonitum Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. 8. Memento ut diem sabbati sanctifices. 9. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. 10. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est : non facies omne opus in eo, tu, et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, jumentum tuum, et advena qui est intra portas tuas. 11. Sex enim diebus fecit Dominus cælum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo : ideoque benedixit Dominus diei sabbati, et sanctificavit eum. 12. Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. 13. Non occides. 14. Non moechaberis. 15. Non furtum facies. 16. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. 17. Non concupisces domum proximi tui : nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. 18. Cunctus autem populus videbat voces et lampades, et sonitum buccinæ, montemque fumantem; et perterriti ac pavore concussi, steterunt procul, 19. dicentes Moſi : Loquere tu nobis, et audiemus : non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. 20. Et ait Moyses ad populum : Nolite timere; ut enim probaret vos, venit Deus, et ut terror illius esset in vobis, et non peccaretis. 21. Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus. 22. Dixit præterea Dominus ad Moysen : Hæc dices filiis Israel : Vos vidistis quod de cælo locutus sim vobis. 23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. 24. Altare de terra facietis mihi, et offeretis super eo holocauſta et pacifica vestra, oves vestras et boves in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei : veniam ad te, et benedicam tibi. 25. Quod si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de setis lapidibus : si enim levaveris cultum super eo, polluetur. 26. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reveletur turpitudine tua.

Vers. 1. 1. LOCUTUSQUE EST DOMINUS CUNCTOS SERMONES hos. — Buccina, quæ hæcenus confusum buccinæ sonum dederat, jam angelo voces distinguente, articulatum dedit sonum verborum sequentium, puta Decalogi. Decalogum enim hic angelus Deum representans, quasi legislator tubali voce, quæ a toto populo (a tribus millionibus hominum) exaudiri possent. promulgavit. Ita Nyssenus, Philo et alii.

Angelus ergo dicit : « Ego sum Dominus Deus tuus, » etc., quia loquitur in persona Dei; perinde ut Prorox Neapolis in suis edictis dicit et scribit : « Nos Philippus Rex mandamus, » etc., quia nomine regis Philippi edicit et imperat.

Hinc Prosper, lib. I *Promiss.* cap. ult., Judæos inde dictos putat, quod receperint jus Dei, id est legem Dei. Verum hæc tantum apta est allusio ad nomen Latinum; nam aliqui certum est Ju-

Angelus loquitur in Deo.

Judæi sunt quasi jus Dei, ait Prosper.



deos hebraice vocari et denominari a Iuda patriarcha, *Genes. XLIX, 8.*

**Vers. 2.** 2. EGO SUM DOMINUS. — Hinc incipit Decalogus, quem totum commodius explicabo *Deuter. v, 6;* ibi enim totus reperitur meliori ordine.

**Vers. 18.** 18. CUNCTUS AUTEM POPULUS VIDERAT VOCES. — « Videbat, » id est, percipiebat non visu, sed auditu, id est audiebat. Hebraei enim sepe sensum unum cum altero commutant, ac praesertim visum pro quolibet sensu sumunt, quia visus est omnium sensuum praestantissimus et certissimus, inquit S. Augustinus, *Quaest. LXXII:* vide *Canon. 8.* Videre ergo voces hic idem est, quod voces cognoscere: nam, ut ait Philo, lib. *De Decalogo,* voce hae Hebraeis tam clare et sonore se ingerebat, ut videre magis eam quam audire se putarent.

ET LAMPADES, — fulgura lucentia et flammantia instar lampadum. Vide cap. XIX, vers. 16.

ET SONITUS BUCCINAE. — Buccina, quae ante Decalogi promulgationem quasi tuba clangens, ac evocaverat Hebraeos ad legem Dei audiendam, illa, angelo Decalogum voce articulata proclamante, siluerat; sed perfecta Decalogi promulgatione, mox rursus quasi tuba clangere et strepere cepit. Unde timens populus, ne rursus Deus voce sua sonora et terribili loqueretur, rogavit Moysen, ut ipse foret interuentus, et vice Dei loqueretur, Deique iussa ac voces ad populum perferret: quin et hoc buccinae sonitu et timore perclusus populus retrocessit a Sina, eminusque stetit, ut hic dicitur.

**Vers. 20.** 20. UT PROBARET. — ut experiret vestrum timorem, reverentiam et obedientiam.

**Vers. 21.** 21. STETITQUE POPULUS DE LONGE. — Intellige ex cap. praecedenti, vers. 24, Moysen cum Aarone ascendisse ultra radices montis Sina; populumque, sive principes populi voce Dei perterritos, ad Moysen vociferatos esse ac rogasse, ut Deus eis non loqueretur, sed Moyses; quod audiens Dominus probavit petitionem populi, iussitque eum redire ad tentoria sua cum Aarone; Moysen vero iussit manere in monte, et in ejus cacumen conscendere, ut ibi alia, quae sequuntur, Dei mandata audiret, eaque ad populum referret. Vide *Deuter. v, 23* et seq.

**MOYSES AUTEM ACCESSIT AD CALIGINEM, IN QUAE ERAT DEUS.** — Significabatur hac caligine Deus et natura divina, quae cognitionem omnem hominum et angelorum in immensum transcendit. Deus ergo sibi ipsi est summa lux, nobis autem est summa caligo: sicut sol in se lucidus est, idem tamen oculo noctuae infirmo et debili opacus est, caliginosus et invisibilis. Vide S. Dionysium, *De Mystica Theolog. cap. 1,* Nyssenum hic et D. Thomam in *II. 1. Timoth. vi:* « Qui lucem habitat inaccessibilem. » Ita Aegyptii divinae naturae immensam obscuritatem significantes, dicebant primum omnium principium tenebras esse, super omnem intellectum positas. Adhaec

in sacris Deum ter vocabant « incognitam caliginem, » uti ex Damasco Platonicus docet Nicolaus Causinus in *Polyhistorae Symbol. lib. I, cap. 1.* Vere Psaltes, *Psal. XVII, 12:* « Posuit (Deus) tenebras latibulum suum. Prae fulgore in conspectu ejus nubes transierunt. »

**23. NON FACIETIS DEOS ARGENTOS.** — Hebraice additur *mecum,* quos videlicet una *mecum* colatis. Reficit Deus primum Decalogi praecipuum hic, et alibi sepe, unumque Deum inculcat, quia Hebraei in Aegypto idolis assueti, ad idola valde erant proclives. Docet Lactantius, lib. I, cap. XV, veteres retulisse in deos homines de republica bene meritos, tum ut eis se gratos ostenderent, tum ut hoc exemplo et praemio acuerent aliorum virtutem. Hinc Apollinem cithara, Esculapium medicina, Saturnum et Cererem agricultura, Liberum sive Bacchum vitis et vinum, Vulcanum fabrica deos fecit. Hinc Aegyptus Isidem, Athenae docta urbs Minervam coluere, quod illa lini, haec olei usum artemque lanificii reperisse feratur. Idem, cap. XVII, apud Romanos auctorem hujus superstitionis tradit fuisse Sabinum, qui ut eam populo persuaderet, finxit se cum dea Egeria nocturnos habere congressus. Vide S. Augustinum, lib. IV *De Civit. et seq.*

Tropologice, dii aurei et argentei avaris sunt opes et nummi aurei: unde avaritia ab Apostolo vocatur idolorum servitus. Nam, ut ait Innocentius III Pontifex, lib. *De Vititate cond. humanae:* « Sicut idololatra servit simulacro, sic avarus servit thesauro. Nam ille cultum idololatriae diligenter ampliat, et iste cumulum pecuniae libenter augmentat. Ille cum diligentia colit simulacrum, et iste cum omni cura custodit thesaurum. Ille spem ponit in idololatria, et iste spem constituit in pecunia. Ille timet mutilare simulacrum, et iste timet minuire thesaurum. »

**24. ALTARE DE TERRA FACIETIS MIHI.** — *q. d.* Non faciatis altare ex auro vel argento, ex quo faciunt gentes suos deos et suas aras; sed ex terra, sive rudi, sive potius cocta et formata in lateres, *q. d.* Altare non elegans, non aureum, non pretiosum, sed simplex et lateritium faciatis mihi. Ita Cajetanus, et hoc innuit vox hebraea: in hebraeo enim non est *אֶרֶץ* *erets*, sed *אֲדָמָה* *adama*, quod terram rufam et inteam significat, ex qua fiunt lateres.

Talia fuere et prisca Romanorum altaria, de quibus Tertullianus in *Apologetico:* « Nam etsi a Numa concepta religio est, nondum tamen aut simulacris aut templis res divina apud Romanos constabat, et nulla Capitolia caelo certantia, sed temeraria de cespite altaria, et vasa adhuc Samia, et deus ipse nusquam. » At postea, qualia Romae templa! quales aras! audi Silium, apud quem Jupiter praedicit de illo Domitiano:

Aurea Torpeia condet Capitolia rupe,  
Et junget nostro templorum calamina caelo.

Quaeres, cur altare ex terra, vel ex lapide im-

**Vers. 21.**

**Substantia.**

**Tertio.**

**Quarto.**

**Vers. 24.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

**Altare de terra.**

**q. d.**

**Non faciatis.**

**mihi.**

polito, non autem ex marmore, auro vel argento sibi erigi voluerit Deus?

**Primo.** Respondet primo, R. Abraham, Deum lapides altaris levigari, aut poliri, et omnino attigii ferro velutis, quia nefas, inquit, erat, eorum lapidum qui ad rem tam sacram erant adhibendi, particulas scalpello abrasas in terram aut sterquilinum decidere. **Secundo,** R. Moses Maimonius causam dat hanc, ne scilicet ex frustis sacrorum lapidum simulacra sibi formarent idololatrae, ad superstitiones cultus, aut magicas artes. **Tertio,** R. Simeon et R. Moses Gerundensis, quin et Diodorus, atque ex eo Theodoretus, *Quaestione XLIV,* hanc dant causam: Altare, inquit, comparatum est ad salutem, et ad extendendam prorogandamque hominis aetatem; at haec ferro amputatur: ferro enim multi hominum trucidantur; ferrum ergo, quod tantam perniciem hominibus affert, non deest adhiberi; hinc et in templo Salomonis nullus ferri fuit usus sive pro materia, sive pro instrumento, adeo ut ne clavi quidem ferri sint adhibiti, sed aenei, ceteroqui ex ferro aptiores futuri. Unde et Cicero, lib. II *De Legibus,* aes et ferrum arceat a delubris, ut duelli instrumenta, non fani. **Quarto,** Latini aliqui hanc dant causam: Jussit, inquit, Deus ea altaria, quae interea fierent, dum ipse habitaret in tentoriis, id est, ante aedificatum a Salomone templum, loco in perpetuum electo, vel ex terra congesta, vel rudibus tantum lapidibus construi, ut vel cito dilaberentur, vel temere accumulatae moles potius, quam altaria viderentur, ne religionum confusio, scilicet ex diversis altaribus, in quibus majores sacrificassent, consequeretur apud posteritatem: cujusmodi malum metuebant Israelitae, cum audissent Rubenitas ingens altare erexisse apud Jordanem, *Josue XXII (1).* Haec expositio vera est, sed non plena nec adequata. Quis enim dubitet in politissimo Salomonis templo, ubi secti et politissimi erant caeteri lapides, sectos et politissimos quoque fuisse lapides altaris? praesertim cum de ipso templi pavimento expresse dicat Scriptura: « Stravit quoque (Salomon) pavimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo, » *II Paralip. III, 6;* ac de ipso atrio dicitur: « Edificavit atrium interius lapidum politorum, » *III Reg. VI, 36;* et cap. VII, vers. 12: « Et atrium majus rotundum trium ordinum de lapidibus sectis. » Si atrium fuit ex lapide secto et polito, multo magis altare. **Quinto,** Andreas Masius in *Josue VIII, num. 13:* Veteres, inquit, tam Judaei, quam Christiani simplicissima fiebant altaria, ut in iis nihil nisi hostiam, puta corpus et sanguinem Christi a Christianis oblatum, a Judaeis vero adumbratum admiraremur. Unde, inquit, et detestabantur, si imago ulla in altari poneretur. Verum hic unus est locus et duobus, quos censors Masii notarunt,

(1) Ita Rosenmüllerus.

et censuerunt corrigendos et castigandos. Certum enim est olim in templis et altaribus Christianorum fuisse imagines; id enim docet Prudentius in hymno de S. Cassiano, ubi scribit se in templo Cassiani vidisse super altare ejus imaginem. Sic Valentinianus junior admonitus a Sixto Papa (ut habet Anastasius in Vita Sixti, Platina, et alii) posuit in ecclesia S. Petri supra tumulum, id est supra altare B. Petri, imaginem auream Salvatoris. Similia habent S. Basilii, orat. in *Barlaam,* circa finem; Nyssenus, orat. in *Theodorum;* Paulinus in Vita Felicis, Lactantius in Carmine ad crucifixum; Evodius, lib. II *De Miraculis S. Stephani;* Athanasius ad Antiochum, *Quaest. VI.* Citat Masius pro se Augustinum et Optatum, sed perperam, ut patet loca ipsa intuenti. Vide Bellarminum, lib. II *De Imagin.,* cap. IX; Masium tamen interpretatur et excusat Serarius in *Josue VIII, Quaest. XVI.*

Dico ergo: Vera causa, cur Deus altare sibi fieri voluerit ex terra, vel lapide insecto et impolito, fuit, ut Hebraeos ad idola pronos quam longissime ab idolorum sculpturis et picturis, atque a gentium cultu riturque avocaret. Gentes enim ex marmore aut metallis volebant splendida et magnifica construere idolis suis altaria (quale fecit Achaz rex idololatra, *IV Reg. XVI, 40 et 43*), semoto et sublato altari Salomonis; in iisque sculpture vel pingere imagines, aut symbola, aut characteres suorum idolorum. Ab his ergo hac lege Hebraeos avocare voluit Deus: haec enim lex est appendix pertinens ad primum Decalogi praecipuum, de non faciendis idolis et sculptilibus: unde et illi immediate subneclitur, ut patet vers. 23 et 24. Ne ergo Hebraei crassi putarent, vel in ipsis sculpturis altaris affabre factis, vel in ipsa materia pretiosa, puta auro vel argento, latere aliquid numinis, idcirco voluit Deus altare fieri rude ex terra, vel ex lapide insecto: hac enim de causa Baruch, cap. VI, tam impense elevat et vilipendit materiam, elegantiam et ornamenta idolorum et altarium, quae Hebraei captivi visuri erant in Babylone, ne iis abrepti deflecerent ad ea veneranda et colenda. Ita S. Thomas, I II, *Quaest. CII, art. 4,* ad 7, Abulensis, Cajetanus, Lippomanus et alii.

Hinc causae alias probabiles addit Serarius in cap. VIII *Josue, Quaest. XVI.* Deus, inquit, recte voluit altare fieri ex terra, vel ex rudi lapide: **Primo,** ut significaret veteris Testamenti sacrificia et victimas rudes ac informes fuisse, typos nimirum et figuras unici Christi Jesu sacrificii, quod in crucis ara semel creante factum, in crescente quotidie repelet solent. **Secundo,** ut ostenderet quam rudis ac impolita et dura esset ejusdem Christi Domini arce, ipsa inquam crux, ut indicat Procopius. **Tertio,** ut altarium veterum nullum fore perpetuum inueneret; sed sicut ex terra et scabris lapidibus facile construerentur, ita et facile destructum iri. **Quarto,** ut subito et ubique, cum voluisset Deus, occasio esset altaris

Massi orator de imagine non parvum in altari.

Hinc ad de quo alias veteri.

S. cuncta

Tertio.

Quarto.



ipsi erigendi; cum minime operosum artificiosumve postularet. *Quinto*, ut se victimas potius quam altaria intuari, magnisque illarum puritate ac sanctitate, quam horum pretio et arte oblectari, monstraret Dominus.

**Symbolica causa.** Symbolice, R. Levi Ben Gerson censet in templo et altari tam Mosis, quam Salomonis, vetita esse scalpra ad hoc, ut ex eo homines intelligerent Deum suapte natura perfectum optimumque esse, neque ad sui absolutionem perfectionemque limam, vel externum aliquid accipere, sicuti Dei altare nullo opere, lima vel artificio, sed suapte materia perfectum erat: altare enim Deum ipsum representabat.

**Allegorica.** Allegorica causa datur a S. Gregorio, lib. III *Moralium* cap. xx, et Ruperto. Per terram, inquit, incarnatio Dominica designatur: quidquid enim offerimus Deo, in altari terreo, id est, in fide Dominicæ incarnationis solidamus. Idem significat altare ex lapide nativo et insecto. Itaque « altare de terra Deo facere, est incarnationem Mediatoris expectare. In altari ergo de terra allatum munus offerimus, si actus nostros Dominicæ incarnationis fide solidamus, » ait ex S. Gregorio Ansberto, lib. V in *Apoc.* sub initium.

**Tropologica.** Tropologica, Isidorus: Lapidem insecti, inquit, sunt fideles in fide, morumque integra et sancta unitate solidati, ac nullo schismate scissi et divisi; de quibus dicit Apostolus: « Vos estis lapides vivi, qui edificamini in domos spirituales. »

**ET OFFERETIS SUPER EO HOLOCAUSTA, ET PACIFICA.** — « Pacifica » sunt hostie oblate pro pace et incolumitate domus aut reipublice, de quibus *Levit.* III.

**IN OMNI LOCO, IN QUO MEMORIA FUERIT NOMINIS MEI.** — Hebraice, in quo memorari fecero nomen meum: ipse enim Deus certum sibi locum templi, altaris et sacrificii delegit, ne, si passim ubilibet liceret cuique sacrificare, facile schisma, nova religio, idololatria, aut superstitio inter Hebræos surreperet.

**Locus sacrificii erat in area vel tabernaculo.** Locus ergo altari et sacrificio a Deo deputatus erat is, ubi illo tempore area vel tabernaculum consistebat; aliquando autem et alibi per Dei dispensationem et instinctum, vel ob gravem aliquam causam erecta sunt a nonnullis Prophetis, vel regibus, altaria ad sacrificandum. Sic enim Samuel sacrificavit in Maspha, I *Reg.* VII, 9, et in Ramata, ibidem vers. 17, et in Bethlehem, I *Reg.* XVI, vers. 3. Sic et Absalon sacrificavit in Hebron, II *Regum* XV, vers. 7 et 12, cum tamen area tunc non esset in Hebron, Maspha, Ramata, vel Bethlehem, sed in Cariathiarim, I *Reg.* VII, 4; tabernaculum vero esset primo in Silo, deinde in Nobe, II *Reg.* XXI, vers. 4 et 7; destructa vero per Saulum Nobe translatum est tabernaculum in Gabaa; unde a Salomone advectum est ad templum ab eo extructum, ibique una cum area repositum, ut dicitur II *Paralip.* I, 3, 5 et 13, et cap. VI, vers. 11.

**VENIAM AD TE, ET BENEDICAM TIBI.** — Recte hoc precedentibus annectimus cum Chaldeo, qui hæc sic interpretatur: *In omni loco, in quo habitare fecero gloriam meam* (puta in tabernaculo, sive templo, area et altari), *tibi mittam benedictionem meam, et benedicam tibi*, preces scilicet tuas exaudiens, utique dubiis et questionibus respondens, ac docens quid in hac illare re faciendum sit: loquitur Deus hic non Mosis, sed populo.

**23. QUOD SI ALTARE LAPIDEUM FECERIS MIHI, NON EDIFICABIS ILLUD DE SECTIS LAPIDIBUS.** — Est hic exceptio a vers. 12: ibi enim jussit Deus altare fieri ex terra, hic vero excipit lapidem insectum, jubetque altare fieri vel ex terra, vel ex lapide insecto et impolito; verum hunc lapidem, vel terram, puta ipsum altare, ære obduci jubet, *Exodi* cap. XXVII, 2: unde et altare, quod fecit Salomon, Scriptura vocat æneum.

Intus ergo altare vetus plenum erat vel terra, ut vult Abulensis in *Exodi* XXIX, Quæst. VI; Hugo et Richardus, lib. *De Tabernac.* cap. XI; vel (quod verisimilius est) lapidibus insectis; nam I *Machab.* IV, 47, Judas Machabæus reedificans altare ab Antiocho destructum prout fuerat prius, dicitur repositus in eo lapides integros secundum legem; lex autem hic insectum jubet accipi lapidem, sive intonsum, ut habent Hebræa, id est impolitum, quem Machabeorum liber vocat integrum. Sic et Saneti, qui præter ordinem alibi altaria Dei instinctu erexerunt, ac fecerunt ex lapide impolito, uti patet de altari Eliæ, III *Reg.* cap. XVIII, vers. 31 et 32, et de altari Manuë, *Judicum*, cap. XIII, vers. 19: unde et idem de reliquis intelligendum est. Ita Ribera, libro II *De Templo*, cap. XX.

**SI ENIM LEVAYERIS CULTRUM SUPER EO** (super illud), **POLLUETUR.** — Per cultrum intelligit limam, vel aliud quodvis instrumentum aptum ad lapidem scindendum, dolandum, polidendum: cultrum enim Hebræi usurpant pro quolibet instrumento ferreo, ait Vatablus. « Polluetur, » id est contaminabitur ob præceptum, et causam jam dictam vers. 24 (1), ac proinde ad victimas et sacrificia ineptum erit.

**25. NON ASCENDES PER GRADUS AD ALTARE MEUM, NE REVELETUR TURPIDO TUA,** — ne scilicet in ascensu verenda tua, inquit Vatablus, vel ipsa etiam subligacula tua linea (hæc enim sola gestabant sacerdotes, eaque usque ad genua tantum protendebantur: pedibus ergo nudis erat sacerdos sacrificans, ut patet *Exodi* XXVIII, 42), o sa-

(1) Spencerus, *De Legib. Hebræor. Ritibus*, lib. II, cap. VI, sect. 4, hæc satis probabiliter dicit rationem, quod lapides impoliti, statum suum nativum et integrum retinentes, puritate quadam nativa donati, et altaris sanctitati maxime consentanei videntur. Lapidem vero multo opere cæsi et elaborati pollutum censentur, quasi, eo quod a manibus hominum tractati erant, sordidi quid et impuri contraxerint.

cerdos, conspici possint, ut per hoc tum populus, tum sacerdos admonetur castitatis, et castissime reverentie, quæ in sacris est adhibenda. Igitur cum sacerdotes communes sub tunica lineæ extima, de qua cap. XXVIII, vers. 29, tantum induerentur subligaculis lineis, facile in ascensu graduum videri potuissent eorum subligacula, aut etiam illi aperis vel passis, ipsa verenda; hæc de causa hoc gradus vetat hic Deus.

Hujus contrarium fiebat in impuris sacris Priapi, ad que Judæi valde fuerunt proclives, ut patet III *Reg.* cap. XV, vers. 12 et 13. Unde D. Thomas, I II *Quæst.* CII, art. 4, ad 6, et ex eo Lyranus, putant hic vetari gradus in altari, ad excludendam idololatriam. Nam in sacris, inquit, Priapi sua pudenda Gentiles populo denudabant. Hanc causam fuisse prosequitur Vilalpando, lib. IV *De Templo*, cap. LXXIX.

Imo ipse hæc verba: « Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reveletur turpitudine tua, » sic explicat, q. d. « Non ascendes per gradus, » more Gentilium, « ne, » id est, hoc fine et modo, ut ex altis gradibus altaris reveles et ostendas tuam turpitudinem, puta genitalia, ut faciebant incesti et nefandi Ithyphalli in sacris Priapi, teste Athenæo, lib. XIV, cap. VIII. Verum sic, pro *ne reveletur*, dicendum fuisset, *ne reveles*. Hæc enim duo opposita videntur: hoc enim est affirmativum, illud negativum. Porro hujus fœditatis æque ac Priapi cultus, proximum hoc Mosis tempore erat Hebræis periculum, eaque de causa hæc sanctione vetatur et caveatur. Nam transituri erant Hebræi cum Mose per Moabitidem, ubi impense colebatur Beelphegor, id est Priapus, ipsique a Moabitibus sollicitandi erant ad ejus cultum. Sic enim legitur *Numer.* XXV, Hebræos a puellis Moab, pellectos ad fornicationem, initiatos fuisse Beelphegor, id est, coluisse Priapum: qua de causa plaga in eos desævit, quam sicut Phinees occiso principe tribus Simeon, hujus sceleris choro.

Dices, II *Paralip.* IV, 4, dicitur de Salomone: « Fecit quoque altare æneum decem cubitorum altitudinis: » atqui ad hæc altitudinem ascendenti necessarij erant gradus; ergo Salomon fecit hoc gradus, qui tamen hic vetantur.

Respondet Abulensis et Habera, lib. II *De Templo*, cap. XX, in fine, in altari Salomonis non fuisse gradus ligneos aut lapideos, sed continuum ascensum de terra, qui paulatim uniformiter tollebatur in altum: itaque non erant ibi aliqui gradus in quorum ascensione posset sacerdotis turpitudine nudari, et videri a populo. Cajetanus vero putat hic non omnes omnino gradus prohiberi in altari, sed multos et altos, per quos scilicet videri possit turpitudine sacerdotis: paucos ergo hic permitti, præsertim si sensim et modice ascendebat; itaque Deus vetando gradus in altari, simul vetuit, ne nimis altum et excelsum facerent altare; debebat tamen altare medio-

crem habere altitudinem, ut sacrificia in eo oblata a populo conspici possent.

Verum respondeo hoc præceptum fuisse temporaneum, et durasse tantum tempore tabernaculi Mosaici, quando scilicet Deus cum Hebræis habitabat in tentoriis, id est ante edificatum a Salomone stabile templum, loco in perpetuum electo. Cum enim Moses cum Hebræis continuo peregrinatus esset per desertum quadraginta annis usque in Chanaan, ideoque Deo fabricaturus esset, non solidum templum, sed mobile, et quasi castrense tabernaculum; voluit pariter Deus altare esse mobile, ideoque parvum, altum scilicet tres cubitos, ut gradu et ascensu ad illud opus non esset. Salomon vero in summa reipublice pace adificans Deo magnificentissimum templum, sicut illud longe majus et magnificentius edificavit quam Moses tabernaculum: ita pariter majus et magnificentius edificavit altare, altum decem cubitos, ad quod proinde ascendere oportebat. Id ita esse patet *Ezechiel.* XLIII, vers. 17, quo loco de templo Ezechielis, quod adinstar Salomonici expressum est, dicitur: « Gradus ejus (altaris) versi ad Orientem, » ubi licet R. David et R. Salomon respondeant gradus hoc fuisse planos, puta acclivitatem plane et æqualiter ascendentem ad similitudinem pontis; alii vero dicant gradus hos fuisse extra atrium, fuisseque ipsos gradus atri, quibus ad illud ascendebatur: tamen alii passim veros et magnificos censent hos fuisse gradus, non atri, sed altaris magnifici et decem cubitos alti; idque liquet ex textu. Videre est eos egregie expressos in effigie apud Vilalpandum, pag. 388. Sicut ergo templum Salomonis in Cherubinis, porticibus, atris, columnis, mari æneo, mensis, candelabris et multis aliis: ita et in altari, ejusque gradibus diversum fuit a tabernaculo, et altari Mosaico, eoque longe præstantius, licet adinstar Mosaicæ, quantum fieri potuit, servata debita proportione, templum suum, altare, etc., edificavit Salomon.

Similia temporalia precepta dedit Christus primitive Ecclesie, id est Apostolis, cum eos primum misit Evangelizare per Judæam, scilicet ut irent bini, ut irent ad Judæos, non ad Gentes, nec ad Samaritanos, ut non ferrent virgam, etc. *Matth.* XX, vers. 3 et seq.; quæ Christo mortuo constat eos non servasse, nec servare potuisse, cum missi sunt evangelizare omnibus gentibus per totum orbem (1).

(1) Eadem ratio, ab honestate ducta, eamdem pepererat apud Romanos legem. Cf. Gellium, *Noct. Attic.* lib. X, cap. XV. Servius ad *Æneid.* IV, 648: « Apud veteres, Flaminiæ plus tribus gradibus, nisi Græcæ scelas, scandere non licebat, ne ulla pars pedum ejus, crurumve subter conspiceretur; eoque nec pluribus gradibus, sed tribus, ut ascensu duplice missis non laterentur adolli vestem, aut nudari crura; nam ibi et scæle Græcæ dicuntur, quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum clausi sint, ne aspectum ad corporis aliquam partem admittant. »



Porro verisimile prorsus est Salomonem ita latos, vicinos et appositos fecisse hos altaris gradus, ut sacerdoti nullum in eis esset cadendi periculum, et si quo casu cecidisset, non tamen revelanda fuisse ejus verenda, nec a populo corni potuisse, graduum amplitudine eum obtegente, et visum populi excludente. Denique nonnulli hæc loca ita conciliant, ut dicant altare Salomonis præcise sumptum trium tantum fuisse cubitorum altitudinis, uti fuit Mosaicum, ideoque nullos habuisse gradus, quibus ad illud ascenderetur. Dicitur tamen in *Paratipomen.* octo fuisse cubitorum altitudinis, si videlicet altare mensures cum suis substructionibus, quibus quasi basibus incumbebat, et supra quas magnifice eminebat. Quare ad ipsas substructiones per gradus ascendere oportebat, ex substructionibus vero ad ipsum altare præcise sumptum gradibus non erat opus. Sed ut hoc verum sit, hæc responsio non evitat difficultatem cause. Nam in gradibus substructionis potuissent videri

Substructiones altaris.

verenda sacerdotis, æque ac in gradibus altaris.

Hinc altare dicitur ab altitudine, ait Festus, quasi alta ara. Veteres enim diis superis sacra faciebant in ædificiis a terra exaltatis, diis vero terrestribus sacra faciebant in terra, diis denique infernalibus sacra faciebant in effosa terra.

Allegorice, in SS. Trinitate nulli inæqualitatis gradus sunt constituendi, uti fecit Arius, docens Filium esse minorem Patri, ac Macedonius, negans divinitatem Spiritus Sancti: hi ergo per gradus ascenderunt ad altare, id est, ad Deum, ideoque a Deo rejecti et reprobatii sunt.

Tropologice: « In altari cordis tui non facias gradus, id est, non extollaris de tuis profectibus, alioqui revelabitur turpitudine tua, quia superbiam mentis comitatur contumelia carnis, » inquit Rupertus. Solet enim Deus superbiam punire per lapsum carnis et libidinis, ut per eam tam pudendam et probrosam, se suamque infirmitatem agnoscant, et humiliantur qui nimis alta de se sapiebant.

Altare quasi altitudo.

Allegorice.

Deus non peribit per legem carnalis.

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Moses in Sina a Deo accipit præcepta judicialia circa servos et ancillas, circa furta, homicidia, parentum maledicta et rixas; ac, vers. 24 et seq., fert talionis legem tam homini ledenti, quem bovi corruptet.

Nota. Sicut capite præcedenti sancit Deus præcepta moralia, puta Decalogum, ita hoc capite et duobus sequentibus sancit præcepta judicialia; capite vero 23, et quinque sequentibus sancit caeremonialia, puta fabricam tabernaculi, et cætera quæ eo spectant.

1. Hæc sunt judicia quæ propones eis. 2. Si emeris servum Hebræum, sex annis serviet tibi; in septimo egredietur liber gratis. 3. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat: si habens uxorem, et uxor egredietur simul. 4. Sin autem dominus dederit illi uxorem, et pepererit filios et filias, mulier et liberi ejus erunt domini sui; ipse vero exhibit cum vestitu suo. 5. Quod si dixerit servus: Diligo dominum meum et uxorem ac liberos, non egredietur aures ejus subula; et erit ei servus in sæculum. 6. Si quis venderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueverunt. 7. Si quis venderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueverunt. 8. Si displicerit oculis domini sui cui tradita fuerat, dimittet eam; populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreverit eam. 9. Sin autem filio suo desponderit eam, juxta morem filiarum faciet illi. 10. Quod si alteram ei acceperit, providebit puellæ nuptias, et vestimenta, et pretium pudicitia non negabit. 11. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. 12. Qui percuisset hominem volens occidere, morte moriatur. 13. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus, constituam tibi locum in quem fugere debeat. 14. Si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur. 15. Qui percuisset patrem suum aut matrem, morte moriatur. 16. Qui furatus fuerit hominem, et vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur. 17. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. 18. Si rixati fuerint viri, et percuisset alter proximum suum lapide vel pugno, et ille mortuus non fuerit, sed jacuerit in lectulo: 19. si

surrexerit, et ambulaverit foris super baculum suum, innocens erit qui percuisset, ita tamen ut operas ejus et impensas in medicos restituat. 20. Qui percuisset servum suum, vel ancillam virga, et mortui fuerint in manibus ejus, criminis reus erit. 21. Sin autem uno die vel duobus supervixerit, non subjacebit pœna, quia pecunia illius est. 22. Si rixati fuerint viri, et percuisset quis mulierem prægnantem, et abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subjacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, et arbitri judicaverint. 23. Sin autem mors ejus fuerit subsequuta, reddet animam pro anima. 24. oculus pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede. 25. adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore. 26. Si percuisset quispiam oculum servi sui aut ancillæ, et luscus eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. 27. Dentem quoque si excusserit servo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. 28. Si bos cornu percuisset virum aut mulierem, et mortui fuerint, lapidibus obruetur, et non comedentur carnes ejus; dominus quoque bovis innocens erit. 29. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri et nudius tertius, et contestati sunt dominum ejus, nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem; et bos lapidibus obruetur, et dominum ejus occidit. 30. Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quidquid fuerit postulatus. 31. Filium quoque et filiam si cornu percuisset, simili sententiæ subjacebit. 32. Si servum, ancillamque invaserit, triginta siclos argenti domino dabit; bos vero lapidibus opprimetur. 33. Si quis apernerit cisternam, et foderit, et non operuerit eam, occideritque bos aut asinus in eam, 34. reddet dominus cisternæ pretium jumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. 35. Si bos alienus bovem alterius vulneraverit, et ille mortuus fuerit, vendent bovem vivum, et dividunt pretium; cadaver autem mortui inter se disperient. 36. Sin autem sciebat quod bos cornupeta esset ab heri et nudius tertius, et non custodivit eum dominus suus; reddet bovem pro bove, et cadaver integrum accipiet.

Vers. 1. Judicialia præcepta quæ propones eis.

1. HÆC SUNT JUDICIA QUÆ PROPONES EIS. — « Judicialia » vocat præcepta judicialia, quæ Deus hisce tribus capit., puta XXI, XXII, XXIII, præscribit ad populum iuste et pacifice gubernandum, atque ad lites inter Hebræos dirimendas; sicut caeremonialia præcepta vocantur ea, quæ populo ad Deum rite colendum per sacrificia, aliosque sacros ritus et caeremonias, a Deo præscripta sunt: in duobus ergo proprie consistit ratio judicialium præceptorum, inquit S. Thomas, I II, *Quæst.* CIV, art. 1, primo, ut pertineant ad ordinationem hominum ad invicem; secundo, ut non habeant vim obligandi ex sola ratione, sed ex institutione Dei.

Nota, inter hæc judicialia præcepta, quædam etiam moralia, quæ sunt juris naturæ, permisceri, maxime quæ ad iudices spectant, quæ idcirco etiam recte « judicialia » vocantur: tale est illud cap. XXIII, vers. 1: « Non suscipies vocem mendacii; » et vers. 2: « Non sequeris turbam ad faciendum malum; » et vers. 7: « Mendacium fugies; » et vers. 9: « Peregrino molestus non eris, » etc.

Denique in fine, puta cap. XXIII, vers. 14, adjungit quædam caeremonialia præcepta, puta de tribus primariis festis celebrandis, de phase, de fermento, de primitiis, etc.

2. SI EMERIS SERVUM HEBRÆUM, SEX ANNIS SERVIVET

TIBI. — « Servum » vocat, non mercenarium, sed mancipium: ille enim conducitur, hoc emi et vendi solet, q. d. Si emeris Hebræum, ut sit tibi quasi mancipium, hic sex tantum annis tibi serviet, nec ultra servare poterit: nam septimo anno (ita me volente, et dicente hic) liber dimittendus est.

IN SEPTIMO (ANNO) EGREDIETUR LIBER GRATIS. — Nota, hunc septimum annum non esse numerandum ab emptione servi, sed unum atque eundem omnibus fuisse annum remissionis, sicut unus et idem dies erat sabbatum omnibus Hebræis; ergo statum fuit septennium libertatis, continuo unum alteri succedens (sicut unus jubileus continuo succedebat alteri), ita ut septimo quolibet anno hoc recurrente, omnes servi Hebræorum manumittendi essent: quapropter Hebræus, qui primo anno septennii hujus vendebatur in servum, ille sex annis servare debebat; qui vero sexto anno hujus septennii vendebatur, ille sequenti anno, utpote septimo, exhibit liber; simile erat in jubileo, uti dicam *Levit.* cap. XXV. Mysteria septennarii recensere *Deuteronom.* cap. V, vers. 12 (1).

(1) Quod hic dicitur de servorum remissione in anno jubileo, certum est. Non item de eorum remissione in anno sabbatico. Imo Mammonides in tract. *Deservis*, cap. II, et post eum plures jurisperiti recentiores Hebræorum,

Septimus annus libertatis erat sabbaticus et communitatis.